PROBATIO CORPORALIS PRAESENTIAE CORPORIS ET SANGUINIS...

Jean Hessels

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
8
39 G
9
ROMA

1
10

PROBATIO

CORPORALIS

PRÆSENTIÆ CORPORIS ET SANGVINIS DOMINICI

In Euchariſtia, cum diſſolutione eorum quæ contrà obijciuntur.

Authore Ioanne Heſſels à Louanio Sacræ Theologiæ Profeſſore.

BIBLIOTECA N.AZ ROMA VITTORIO EMANUELE

In hac ſecunda editione præter cætera adiectus eſt etiam copioſus & varius Index.

8 39 G 9





LOVANII,

Ex officina Ioannis Bogardi, Sub Biblijs Aureis. Anno 1564.

Capuccinorum Romæ.

AD LECTOREM.

NE quid erroris incurras, amice Lector, præmonendum te duximus, nos verba hæreticorum vbique duabus huiuſmodi clauſulis [ ] incluſiſſe.

PRIVILEGIVM.

CAutum eſt Regiæ Maieſt. Priuilegio, ne quis ſex proximis annis præter Ioannem præter Ioannem Bogardũ Imprimat, nec alibi impreſſam diſtrahat, Probationem corporalis præſentiæ corporis & ſanguinis dominici in Eucharistia: Autore Ioanne Heſſels à Louanio: ſub pœna in Priuilegio contenta.

Datum Bruxellæ 18. Martij, Anno 1563.

Subſig.

Facvvez.

REVERENDISSIMO D. IOANNI FRANCISCO COM- *mendonio, Epiſcopo Zacintio, Ioannes Heſſels à Louanio.*

S. P. D.

QVÆ annis abhinc ferè duobus, de tua humanitate, prudentia, atq; ædificatoria populi chriſtiani, imò & hæretici, legationis tibi à ſummo Pontifice injunctæ executione à pijs viris audieram, Reuerendiſs. Domine, ego quoque, vbi Louanium redijſſes, vera eſſe animaduerti: & reipſa agnoui, te neque ex diſpenſationibus tibi creditis lucella ſectari, neque more multorum generalibus criminationibus moueri, ſed alteram aurem alteri parti ſeruare: & quod propiùs ad rem noſtram facit, didici te etiã in medijs profectionibus, eorum quæ quoquo pacto ad fidei doctrinam faciunt, admodum eſſe ſtudioſum. Præter alios

ſiquidem, quibuſcum de rebus doctrinæ hîc egiſti, me etiam conſulere voluiſti, An vlla ratione vox Tranſſubſtantiationis ſemel contra Berengarianos à concilio Lateranẽſi recepta, poſſet propter hæreticos vel quoſdam catholicos id poſtulantes, taceri aut omitti, dũ de veritate corporalis præſentiæ dominici corporis in Euchariſtia tractatur. Nec ſat tibi fuit, quid mihi videretur audire, ni etiam ad meæ ſententiæ confirmationem latè tibi hiſtorias præcedẽtium temporum recitarem: ex quibus pateret, Catholicos aut noluiſſe vel apicẽ ex pręcedẽtibus definitionibus abolere vel ſubticere, aut ſi quando, humana quadam ratione, ad hoc declinârunt rẽ fuiſſe infœliciſsimi exitus. Quia igitur hæc quæſtio & in hoc meo ſcripto obiter attingitur, & non ſolùm pręſens præſentis, ſed etiam abſens abſentis cãdorem erga me ſum ęxpertus: tuæ R.P. illud volui nuncupare, tanquam quoddã gratitudinis ſymbolũ: ne per ingratitudinem fieret, vt ab eiuſmodi fauore mihi

mihi nõ ob caduca & priuata bona, ſed permanentia & communia neceſſario, iuſtè exciderem. Dominus Ieſus Chriſtus miniſterio cathedræ Apoſtolicæ et Eccleſiæ ſuper illam ædificatæ, eandem R. P. T. diu ſeruet incolumem.

Louanij ex nouo collegio theologorũ, Anno 1563.

Eidem R. P. T. deditiſsimus Ioannes Heſſels à Louanio.

HILARII SENTENTIA ad mentem reuocans temerarios diuinæ omnipotentiæ ſcrutatores.

l. decimo de Trinitate.

NON ignoro in quantum humanę intelligentiæ infirmitatem magnificentia myſterij cœleſtis impediat, vt hęc non facilè aut verbis enunciare, aut djiudicare ſenſu, aut etiam cõplecti mente poſsimus.

Sciens autem Apoſtolus arduum hoc terrenæ naturæ difficillimumq́; eſſe, rerum diuinarum efficientiam iudicio noſtro, tanquam ad intelligendum acriore, quàm ad efficiendum Deo potiore concipere: illi legitimo ſibi ſecũdùm fidem filio, ſacraſq́; literas ab infantia ſu-

1. Tim. 1. menti, ita ſcribit: Sicut hortatus ſum te ſuſtinere Epheſi cum irẽ in Macedoniá, vt pręciperes quibuſdam, ne aliter docerent, neq; attenderent fabulis & genealogijs interminatis, quæ quęſtiones magis præſtant quàm ędificationem Dei, quę eſt in fide. Vetat genealogię eloquia tractare, & fabulas interminatę quęſtionis attingi. Ædificationẽ verò Dei in fide eſſe: vt humanę verecundiæ modũ fideli omnipotentiæ Dei religione cõcludat, neq; ſe infirmitas noſtra ad perſpicienda ea, quæ perſpiciendi naturá hebetent, extendat. Quòd ſi cõtuentibus ſolis claritatẽ virtus intenti luminis

obſtu-

obſtupeſcit,vt ſi quando cauſam radiantis luminis ſolertiùs acies curioſę contemplationis inquirat,vſq; ad emortuū vidēdi ſenſum oculorū natura reuocetur,accidatq; nitendo magis videre,ne videas:quid nobis in Dei rebus & ſole iuſticiæ expectandum eſt? Nonne incūbet volentibus ſuperſapere ſtultitia? Nonne ipſum illud acre intelligentiæ lumen ſtupor hebetis deſipientiæ occupabit? Non enim natura inferior cauſam naturę potioris intelliget,nec ſubiacet humanæ conceptioni ratio cœleſtis.Nam intra conditionem infirmitatis erit,quicquid infirmi cōſcientiæ ſubditur. Excedit itaq; humaná mentē Dei poteſtas,ad quā ſi ſe infirmitas protēdat,magis infirma reddetur,dū hoc ipſum quod obtinebat,amittit,potiore ad obtundendam eam rerum cœleſtium natura,quia omnem eius conſectantis ſe peruicatiam ipſa complexu eius maior infirmat. Vt igitur ſol ita videndus eſt,vt poſsit videri, tantuſq; excipiendus lumine eſt, quantus admittitur: ne ſi plus velimus ſpectare, minus quoq; quàm poſſumus cōſequamur:ita & ratio cœleſtis in tantum intelligenda eſt,in quātum ſe permittit intelligi:in tantum expetenda eſt,in quantū apprehendendá ſe dedit:ne ſi contenti indulgentiæ moderatione nō ſimus, amittamus indulta. Eſt ergo in Deo quod percipi poteſt? eſt planè,ſi modò quod poteſt velis. Sicut enim eſt in ſole quod videas,ſi hoc velis videre quod poſsis: amittas autem quod

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
8
39 G
9
ROMA

10

PROBATIO
CORPORALIS
PRÆSENTIÆ CORPORIS ET SANGVINIS DOMINICI
In Euchariſtia, cum diſſolutione eorum quæ contrà obijciuntur.

Authore Ioanne Heſſels à Louanio Sacræ Theologiæ Profeſſore.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

In hac ſecunda editione præter cætera adiectus eſt etiam copioſus & varius Index.

8 39 G 9





LOVANII,
Ex officina Ioannis Bogardi, Sub Biblijs Aureis. Anno 1564.

Capuccinorum Romæ.

AD LECTOREM.

NE quid erroris incurras, amice Lector, præmonendum te duximus, nos verba hæreticorum vbique duabus huiuſmodi clauſulis [ ] incluſiſſe.

PRIVILEGIVM.

CAutum eſt Regiæ Maieſt. Priuilegio, ne quis ſex proximis annis præter Ioannem præter Ioannem Bogardũ Imprimat, nec alibi impreſſam diſtrahat, Probationem corporalis præſentiæ corporis & ſanguinis dominici in Eucharistia: Autore Ioanne Heſſels à Louanio: ſub pœna in Priuilegio contenta.

Datum Bruxellæ 18. Martij, Anno 1563.

Subſig.

Facvvez.

REVERENDISSIMO D. IOANNI FRANCISCO COMmendonio, Epiſcopo Zacintio, Ioannes Heſſels à Louanio.

S. P. D.

QVÆ annis abhinc ferè duobus, de tua humanitate, prudentia, atq; ædificatoria populi chriſtiani, imò & hæretici, legationis tibi à ſummo Pontifice iniunctæ execucutione à pijs viris audieram, Reuerendiſs. Domine, ego quoque, vbi Louanium rediјſſes, vera eſſe animaduerti: & reipſa agnoui, te neque ex diſpenſationibus tibi creditis lucella ſectari, neque more multorum generalibus criminationibus moueri, ſed alteram aurem alteri parti ſeruare: & quod propiùs ad rem noſtram facit, didici te etiã in medijs profectionibus, eorum quæ quoquo pacto ad fidei doctrinam faciunt, admodum eſſe ſtudioſum. Præter alios

 ſiqui-

ſiquidem, quibuſcum de rebus doctrinæ hîc egiſti, me etiam conſulere voluiſti, An vlla ratione vox Tranſſubſtantiationis ſemel contra Berengarianos à concilio Lateranẽſi recepta, poſſet propter hæreticos vel quoſdam catholicos id poſtulantes, taceri aut omitti, dũ de veritate corporalis præſentiæ dominici corporis in Euchariſtia tractatur. Nec ſat tibi fuit, quid mihi videretur audire, ni etiam ad meæ ſententiæ confirmationem latè tibi hiſtorias præcedẽtium temporum recitarem: ex quibus patéret, Catholicos aut noluiſſe vel apicẽ ex pręcedẽtibus definitionibus abolere vel ſubticere, aut ſi quando, humana quadam ratione, ad hoc declinârunt rẽ fuiſſe infœliciſsimi exitus. Quia igitur hæc quæſtio & in hoc meo ſcripto obiter attingitur, & non ſolùm pręſens præſentis, ſed etiam abſens abſentis cãdorem erga me ſum ęxpertus: tuæ R.P. illud volui nuncupare, tanquam quoddã gratitudinis ſymbolũ: ne per ingratitudinem fieret, vt ab eiuſmodi fauore mihi

mihi nō ob caduca & priuata bona, ſed permanentia & communia neceſſario, iuſtè exciderem. Dominus Ieſus Chriſtus miniſterio cathedræ Apoſtolicæ et Eccleſiæ ſuper illam ædificatæ, eandem R. P. T. diu ſeruet incolumem.

Louanij ex nouo collegio theologorū, Anno 1563.

Eidem R. P. T. deditiſsimus
Ioannes Heſſels à Louanio.

HILARII SENTENTIA
ad mentem reuocans temerarios diuinæ
omnipotentiæ ſcrutatores.

l. decimo de Trinitate. NON ignoro in quantum humanę intelligentiæ infirmitatem magnificentia myſterij cœleſtis impediat, vt hęc non facilè aut verbis enunciare, aut diiudicare ſenſu, aut etiam cõplecti mente poſsimus.
Sciens autem Apoſtolus arduum hoc terrenæ naturæ difficillimumq́; eſſe, rerum diuinarum efficientiam iudicio noſtro, tanquam ad intelligendum acriore, quàm ad efficiendum Deo potiore concipere: illi legitimo ſibi ſecũdùm fidem filio, ſacraſq́; literas ab infantia ſu-
1. Tim. 1. menti, ita ſcribit: Sicut hortatus ſum te ſuſtinere Epheſi cum irẽ in Macedoniá, vt pręciperes quibuſdam, ne aliter docerent, neq; attenderent fabulis & genealogijs interminatis, quæ quęſtiones magis præſtant quàm ędificationem Dei, quę eſt in fide. Vetat genealogię eloquia tractare, & fabulas interminatę quęſtionis attingi. Ædificationẽ verò Dei in fide eſſe: vt humanę verecundiæ modũ fideli omnipotentiæ Dei religione cõcludat, neq; ſe infirmitas noſtra ad perſpicienda ea, quæ perſpiciendi naturá hebetent, extendat. Quòd ſi cõtuentibus ſolis claritatẽ virtus intenti luminis obſtu-

obſtupeſcit,vt ſi quando cauſam radiantis luminis ſolertiùs acies curioſę contemplationis inquirat,vſq; ad emortuū vidēdi ſenſum oculorū natura reuocetur,accidatq; nitendo magis videre,ne videas:quid nobis in Dei rebus & ſole iuſticiæ expectandum eſt? Nonne incūbet volentibus ſuperſapere ſtultitia? Nonne ipſum illud acre intelligentiæ lumen ſtupor hebetis deſipientiæ occupabit? Non enim natura inferior cauſam naturę potioris intelliget,nec ſubiacet humanæ conceptioni ratio cœleſtis.Nam intra conditionem infirmitatis erit,quicquid infirmi cōſcientiæ ſubditur. Excedit itaq; humanā mentē Dei poteſtas,ad quā ſi ſe infirmitas protēdat,magis infirma reddetur,dū hoc ipſum quod obtinebat,amittit,potiore ad obtundendam eam rerum cœleſtium natura,quia omnem eius conſectantis ſe peruicatiam ipſa complexu eius maior infirmat. Vt igitur ſol ita videndus eſt,vt poſsit videri, tantuſq; excipiendus lumine eſt, quantus admittitur.: ne ſi plus velimus ſpectare, minus quoq; quàm poſſumus cōſequamur:ita & ratio cœleſtis in tantum intelligenda eſt,in quātum ſe permittit intelligi:in tantum expetenda eſt,in quantū apprehendendā ſe dedit:ne ſi contenti indulgentiæ moderatione nō ſimus, amittamus indulta. Eſt ergo in Deo quod percipi poteſt? eſt planè,ſi modò quod poteſt velis. Sicut enim eſt in ſole quod videas,ſi hoc velis videre quod poſsis: amittas autem quod

potes videre, dum quod non potes, niteris: ita & in rebus Dei habes quod intelligas, ſi intelligere quod potes, velis: cæterùm ſi vltrà quàm potes ſperes, id quoq; quod potuiſti poſſe non poteris.

Prouerb. 25.

Sicut qui mel multum comedit nõ eſt ei bonum, ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria.

Eccleſiaſtici 3.

Altiora te ne quæſieris, & fortiora ne ſcrutatus fueris: ſed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper, & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus: Nõ eſt enim neceſſarium tibi, ea quæ abſcondita ſunt videre oculis tuis.

Matth. 19.

Facilius eſt camelũ per foramen acus tranſire, quàm diuitẽ intrare in regnum cælorum. Apud homines hoc impoſſibile eſt: Apud Deũ autem omnia poſſibilia ſunt.

Matth. 26.

Ait Ieſus: Hoc eſt Corpus meũ. Et iterum: Hic eſt enim Sanguis meus noui teſtamẽti, qui pro multis effundetur in remiſſionẽ peccatorũ.

CORPORALIS CHRISTI PRAESENTIAE IN EVCHAriſtia aſſertio, authore Ioanne Heſſels à Louanio, Sacræ Theologiæ Profeſſore.

ID quod Simeon de puero Ieſu ꝓphetauit: Ecce poſitus eſt hic in ruinã, & in reſurrectionẽ multorũ in Iſrael, & in ſignũ cui contradicetur: videmus hodie quoq; vſuuenire in diuiniſsimo ſacramẽtorũ Chriſti Euchariſtia. Ponitur enim in multorũ reſurrectionẽ, eorũ nẽpe qui in Eccleſia catholica permanẽtes, carnẽq; ſuã crucifigẽtes, ipſum velut antidotũ cõtra omne venenũ ſumũt: ſciẽtes in eo fidem exerceri ſublimis myſterij, Verbi ſcilicet incarnati, imò corporaliter ibi adeſſe comediq; corp⁹ Verbi, quin & ipſum Luc. 2.

verbum,

verbum. At homines ſemifideles, imò infideles, qui Chriſtum ſe venerari dicunt, cùm ei non credant: more Iudæorum adeò ſcandalizantur, vt ob Chriſti corporalem præſentiam ac inexplicabilem charitatem, nobis in hoc ſacramento præſtitam, Eccleſiam catholicã derelinquãt, dicentes: Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire? Atque ideo, quẽadmodum Hebionitæ & Neſtoriani dicebant, filium Mariæ eſſe Dei filium per nuncupationem quãdam, videlicet ob amicitiam quam cum eo haberet: ita hi dicũt panem eſſe corpus Chriſti, propter ſignificationem & effectũ, qui ad nos per panem ex Chriſti corpore deuenit. Et vt Neſtorius dicebat: Deum ab homine generari impoſsibile eſt, Ita & hi: Impoſsibile eſt (inquiunt) corpus Chriſti in cœlo manere, & ſimul hîc in altari ſub ſpecie panis eſſe. Atque ad vnum omnes inueniunt, in quo huic ſacramẽto contradicant, vt verè ſit ſignum cui contradicitur: dum omnes illud & panem piſtorium eſſe volunt, & corporaliter in eo Chriſtum aut non eſſe, aut more diuinitatis hîc & in omnibus rebus æquè eſſe. Hoc Brentius: illud Caluinus. Brentius Albienos ſiue Albigenſes: At Caluinus Berengarium

Irinæus & Epiphani⁹ in lib. de hæreſ. Vide ſynodum Epheſ. 1.

garium inſequitur, atque Ioannem VVy-clef. Inter eos mediam habent Catholici ſententiam, tradentes panem piſtum non eſſe in hoc ſacramento, nec omni in loco Chriſtum eſſe quoad humanam naturam, ſed tantùm in cœlo & ſub ſpeciebus panis & vini, quæ in ipſius carnē ac ſanguinem tranſmutantur. Similiter olim Neſtoriani, ſicut duas aſſerebant naturas, diuinā & humanam: ita & duas Chriſti faciebant perſonas. Contrà verò Eutyciani, ſicuti vnam Chriſti perſonam fatebantur: ita & vnam aiebant in Chriſto eſſe naturā. Catholici autem cum neutris conſentientes, ſed inter vtróſque medium tenentes, duas in vnica perſona naturas conſtituebant. Hodie ſimilis eſt Eutyci Brentius: dum in pane ſic contendit eſſe Chriſti corpus, vt verè naturā vel naturalem proprietatem corporis ei non relinquat. Neſtorio autem Caluinus: dum diſtrahit ab huius ſacramenti ſpeciebus Chriſti corpus & ſanguinem. At catholici, quemadmodum ſciunt vnam perſonam Chriſtum in duabus ſubſiſtere naturis: ita & vnum nō dubitant Chriſti corpus ſub diuerſis exiſtere accidentibus: nempe & Chriſto proprijs, & ijs quæ diuerſorū panum fuêre. Quid enim

Vide ſynodum Chalced.

Vt vna perſona Chriſtus in duab⁹ ſubſiſtit naturis, ita vnum

Chriſti corp° ſub proprijs & alienis exiſtit accidétib°.

enim magis explicare poteſt naturarum diuerſarum in vna perſona coniunctionem, vnius quidem increatæ & immutabilis, alterius verò creatæ atque mutabilis: quàm ad vnum Chriſti corpus diuerſorum coniunctio accidentium, quorundam quidem in eo permanentium eiq́ue propriorũ, ſicut ſunt liniamenta eius propria, aliorũ verò nõ ſemper permanẽtium ſed fructu nobis præſtito tranſeuntium?

Mirificè Dei omnipotentia, in coniunctione naturarum adeò diſsimilium oſtẽſa fuerat. Reſtabat ergo vt & eadẽ declararetur in cõiunctione rerũ inferiorũ, videlicet accidẽtiũ, ſibi quoq; valde diſsimiliũ.

Brentij ſententia refutatur.

BRentij ſentẽtia ſcripturis cõtraria eſt, docentibus Chriſtũ ſecundùm corpus nõ ſolùm ante reſurrectionem, ſed & poſt reſurrectionem non fuiſſe vbiq;. Ait enim ipſe: Non eram ibi. Et Ioannes de eo: Reliquit, inquit, Iudæam. Angelus quoque: Surrexit, non eſt hîc. Et è cœlo venturus eſt ad iudicandos viuos & mortuos.

Ioan 11. Ioan. 4. Mar, 16.

Vbique eſſe, & immenſum eſſe, diuinitatis eſt proprietas: ſicut omnipotentem eſſe, & æternum. quemadmodum & perſonę filij proprium eſt gigni à Patre; ęqualem

lem eſſe Patri & Spiritui ſancto. Si igitur immenſitas Chriſto conueniat etiam ſecundùm carnem, vt caro Chriſti vbiq; ſit: conſequens eſt vt & æterna ſit, & omnia tempora præceſſerit: imò, vt omnipotens ſit, & Deo patri æqualis. Atq; ſic falſum erit illud: Pater maior me eſt, Rurſum & hoc: Filius ſubiectus eſt ei, qui ſibi ſubiecit omnia. Nam ſi vna filij Dei ſecũdum diuinam naturam proprietas ei cõpetit, quid ni & reliquæ? Quòd ſi explicetur quo ſenſu dicatur diuinitas eſſe vbiq;, ſeu omnia loca implere: quemadmodùm nimirum dicit Hieremias, ex perſona Domini: Putáſne Deus è vicino ego ſum, & non Deus de lõgè? Cœlum & terram ego impleo, dicit Dominus. & quomodo Dauid, Domino pſallens: Quò ibo, inquit, à ſpiritu tuo? et quo à facie tua fugiam? Si aſcendero in cœlum, tu illic es: ſi deſcendero ad infernũ, ades. Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Illic manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Et Eſaias, Cœlũ mihi ſedes, & terra ſcabellum pedũ meorũ, dicit Dominus: Si, inquam, quomodo Deus vbique ſit explicetur, clarè intelligetur, nequaquam humanæ naturæ competere, eadem

Ioan. 14.
1. Cor. 15
Hier. 23.
Pſal. 138.
Eſa. 66.

ratione

ratione vbiq; eſſe. Scitè autem hoc aperit Sapiens, de Dei ſapientia dicens: Attingit à fine vſq; ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter: quia videlicet omnia loca replet, & omnium quæ vſquam ſunt, author eſt & effectrix. Quod ſanè humanitati Chriſti non competere, vel ex eo ſatis liquet, quòd productrix non ſit earum rerum, quæ priuſquam Chriſtus homo fieret ſubſiſtebant: cœli nimirum, terræ, ac maris, nec humani generis, vel matris ſuæ. In omnibus & vbique ſemper eſſe, vtique diuinitatis & dominationis eſt proprium, ait Ambroſius. Imò non ſolùm vbique eſſe dicitur diuinitas, ſed & tenere cœlum palmo, terramq́ue pugillo: Per quæ (inquit Hieronymus) oſtenditur Deus & forinſecus & intrinſecus, & infuſus & circunfuſus: dũ & ſolio ambiente non concluditur, & pugillo concludit ac palmo. Hoc certè humanæ naturæ in Chriſto nequit tribui, vt videlicet extra omnia ſit ſicut diuinitas. Quarè nec inſtar diuinitatis vbique eſt: quum Deus per idem & vbique ſit, & extra omnia.

Sapiẽt. 8.

Lib. 1. de Spiritu ſ. cap. 7.

Eſa. 40.

In ca. 66. Eſaiæ.

Obiectioni.

Sed fortaſſe dicet aliquis, corpus Chriſti non more diuinitatis vbique eſſe, ſed vt creaturam: ad eum modum quo dicunt

Catho-

Catholici, eodem tempore ipſum eſſe in diuerſis altaribus. Cui reſpondemus, hanc imaginationem nihil ſeruire explicationi verborum dominicorum: tum quòd non ſit verum, edi Chriſti corpus dũ panis editur, in quo (iuxta talem imaginationem) eſt corpus Chriſti: ſicuti non eſt verum, Deum patrem fuiſſe crucifixum, quando crucifixus fuit Dei filius, in quo Deus pater eſt: tum etiam, quòd ſi idcirco dicatur corpus Chriſti manducari, quòd manducetur panis, illud in ſeſe continens, æquè omnino dicendum erit hoc fieri, quum pomum vel aliud quoduis alimentũ ſumitur ſeu mãducatur: Imò quotieſcunq; ſpuit homo, toties corpus Domini foras expuere dicetur: Quemcunque inſuper percuſſeris, ſequetur te corpus Chriſti percuſsiſſe. Nã quod dicit Brentius, velut oſtenſurus cur potiùs in pane, quàm quouis alio edulio edatur dominicum corpus: [Quia Chriſtus accepto pane dixit, Edite hoc quod in pane eſt, eſt corpus meum:] reuera non oſtendit diuerſitatem inter panem & pomum. Quia etiam ſi Chriſtus non porrigat in pomo edendum corpus ſuum: idem tamẽ fit circa eius corpus dum pomum editur, quod Occurritur.

cùm

cùm panis editur, quem Chriſtus porrexit. Quemadmodum idem fit circa cibum dum editur patre familias non porrigentẽ nec ad edendum inuitante, quod fit dum cum edendũ paterfamilias porrigit.

Cæterùm tametſi planè fatua ſit hæc Brẽtij opinio, conatur tamen eá ſcripturis aſtruere, allegans primũ quod dicit Apo-
Ephe. 4. ſtolus: Aſcendit ſuper omnes cœlos, vt impleret omnia: Nõ vaticinia (addit ipſe) ſed loca: cùm clarè pateat id Apoſtolum dicere, vt oſtendat Chriſtum impleuiſſe quod
Pſal. 67. in Pſalmo ſcriptũ eſt: Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus etc. Impleuit nẽpe omnia donis Spiritus ſui, ſicut replicat ipſe Apoſtolus, poſt illud: Vt adimpleret omnia, proximè ſubdens: Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem paſtores, & doctores, ad cõſummationem ſanctorũ in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti: ſicut & antè præmiſit, inquiens, Vnicuique noſtrum data eſt gratia ſecundùm menſuram donationis
Pſal. 67. Chriſti. Propter quod dicit: Aſcendens in altum, captiuá duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quod autem aſcendit quid

quid eſt, niſi quia & deſcendit primùm in inferiores partes terræ? Qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit ſupra omnes cœlos vt adimpleret omnia. Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos etc. Agit ergo Apoſtolus de Chriſto implente homines donis ſuis. Vnde dona particularia in quibuſdam membris Eccleſiæ, paſtoratum, propheciã, Apoſtolatum etc. dicit ordinari ad conſummationem ſanctorũ: quod potuiſſet alio verbo exprimere, Ad impletionem ſiue perfectionem ſanctorum. Sicut ergo apud Ioannem dicit Chriſtus: Omnia trahã ad me ipſum: ita et hoc in loco dicitur implere omnia. De plenitudine enim eius omnes accepimus, inquit Ioannes Baptiſta. Ioan. 12. Ioan. 1.

Scripſit contra iſtum errorem Auguſtinus epiſtolam ad Dardanũ, quæ eſt. 57. Cum enim ſit Chriſtus (inquit) Deus & homo: Deus vtique vnde dicit, Ego & Pater vnum ſumus: homo autem vnde dicit, Pater maior me eſt: idemque filius Dei vnigenitus à Patre, & filius hominis ex ſemine Dauid ſecundùm carnẽ: vtrumque in illo obſeruandum eſt cùm loquitur, vel cùm de illo ſcriptura loquitur, & quid ſecundùm quid dicatur intuendum. Nam

Cõtra errorẽ Brẽtij ſcripſit Aug.
Ioan. 10.
Ioan. 14.
Rom. 1.

ſicut vnus homo eſt anima rationalis & caro, ſic & vnus Chriſtus eſt verbum & homo. Proinde, quod ad Verbum attinet,
Ioan. 1. creator eſt Chriſtus. Omnia enim per ipſum facta ſunt. Quod verò ad hominem,
Rom. 1. creatura eſt Chriſtus. Factus eſt enim ex ſemine Dauid ſecundùm carnem, & in ſimilitudinem hominum factus. Item quia in homine duo ſunt, anima & caro, ſecundùm animam triſtis fuit vſq; ad mortem, ſecundùm carnem paſſus eſt mortem. Nec tamen cùm filium Dei Chriſtum dicimus, hominem ſeparamus, aut cùm eundem Chriſtum filium hominis dicimus, ſeparamus Deum. Secundùm hominem namque in terra erat, nō in cœlo vbi nunc
Ioan. 3. eſt, quando dicebat, Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit, filius hominis qui eſt in cœlo: quamuis ſecundùm id quòd filius Dei erat eſſet in cœlo, ſecundùm id verò quod filius hominis erat, adhuc eſſet in terra, nondùmq; aſcendiſſet in cœlum. Similiter cum ſecundùm id quòd filius Dei eſt, ſit Dominus gloriæ, ſecundùm id autē quòd eſt filius hominis cruci-
1. Cor. 2. fixus ſit, ait tamen Apoſtolus: Si enim cognouiſſent, nunquam Dominum glorię crucifixiſſent. Ac per hoc, & filius hominis ſe-

nis ſecundùm Deum erat in cœlo, & filius Dei ſecundùm hominem crucifigebatur in terra. Sicut ergo potuit rectè dici Dominus glorię crucifixus, cùm ad ſolā carnem illa paſsio pertineret: ita rectè dici potuit, Hodie mecum eris in Paradiſo: cum iuxta humanam humilitatem, per carnem in ſepulchro, per animam in inferno illo die futurus eſſet, iuxta diuinam verò immutabilitatem nũquam de paradiſo, quia vbique eſt ſemper, receſsiſſet. Noli itaque dubitare ibi nũc eſſe hominem Chriſtum Ieſum, vnde venturus eſt, memoriterque recole & fideliter tene chriſtianam confeſsionem, quoniam reſurrexit à mortuis, aſcendit in cœlum, ſedet ad dexterā patris nec aliunde quàm inde venturus eſt ad viuos mortuoſque iudicandos. Et ſic venturus eſt, illa angelica voce teſtante, quemadmodum ire viſus eſt in cœlum, id eſt, in eadem carnis forma atque ſubſtantia: cui profectò immortalitatem dedit, naturam non abſtulit. Secundùm hāc formam non eſt putandus vbique diffuſus. Cauendum eſt enim, ne ita diuinitatem aſtruamus hominis, vt veritatem corporis auferamus. Non eſt autem cōſequens, vt quod in Deo eſt, ita ſit vbique vt Deus. Nam & de no-

Lucæ 23. Act. 1.

Acto.17. bis veraciſsima ſcriptura dicit, quòd in illo viuimus,mouemur, & ſumus, nec tamen ſicut ille vbique ſumus,ſed aliter homo ille in Deo, quoniam aliter & Deus ille in homine,proprio quodam & ſingulari modo. Vna enim perſona Deus & homo eſt,& vtrumque eſt vnus Chriſtus Ieſus,vbique per id quòd Deus eſt,in cœlo autẽ per id quòd homo:hæc Auguſt. * Similiter Fulgẽtius,libro ſecũdo ad Traſimundum regem,de immenſitate filij Dei ſecũdùm diuinitatẽ ſcribit.Et ad finẽ libri ex ſcripturis oſtendit, Chriſtũ ſecundùm corpus certo loco cœli contineri, nec immenſum eſſe: quòd diuinitati id propriè competat. Leo quoque epiſtola decima, (quam Calcedonẽſis & poſteriores ſynodi ſuſceperunt)docet proprietates humanæ naturę in Chriſto manere ſimul & diuinæ.Humanæ autem naturæ proprietas eſt quòd cõprehenditur à loco:diuinę verò,nõ poſſe cõprehendi. Sed ad Auguſtinũ reſpõſurus Brẽtius: [Id(inquit) quod in epiſtola ad Dardanum dicit Auguſt. defendi nõ poteſt:& ſibi cõtrarius eſt dũ ait alibi,propter vnitatẽ perſonæ filiũ hominis qui in terra ambulat,eſſe in cœlo:] Videlicet non intelligẽs, rectiſsimè propter vni-

*Eadem habet ſermon.14. de verbis Apoſtoli

Leo.

Sermo iã citato & c.31.lib.1 de pecc. mer.& rem.

vnitatẽ perſonæ Chriſti, nominibus illis, Homo, Fili⁹ hominis, ſimilibuſq;, ea tribui quæ Chriſto cõpetunt ratione ſolius diuinę naturæ, quorum humana capax nõ eſt: cuiuſmodi ſunt æternitas, omnipotentia, ęqualitas cũ patre. Nã nomina iſta, homo, filius hominis, & ſimilia cõcreta, ſignificãt nõ ſimpliciter naturã humanã atq; creatã, ſed eã perſonã quæ naturã humanã habet. Iam perſona Chriſti, quę nunq̃ initiũ accepit, naturam humanã habet: & ideo ipſa perſona homo eſt, & ipſe homo æterna perſona eſt. Quiuis autem facilè intelligat nõ ſequi: Chriſtus filius hominis qui ambulat in terra, eſt in cœlo, ergò Chriſtus ſecundũ humanã naturam eſt in cœlo, vel humana natura Chriſti eſt in cœlo: ex eo quòd ſimilis conſequentia nõ valet, Chriſtus filius hominis qui ambulat in terra deſcendit de cœlo: ergò ſecundùm naturã humanam deſcendit de cœlo, aut humana natura deſcendit de cœlo. Nam Chriſtus non attulit è cœlo naturam humanam, ſicut fabulabatur Valentinus, ſed conceptus eſt in vtero virginis: quemadmodum Eſaias, Matthęus, Lucas, & Paulus teſtantur. Dicitur autem deſcendiſſe de cœlo filius hominis: quia filius Dei qui Ioan.3.

erat etiam hominis filius, deſcendit de cœlo, aſſumendo in vtero virginis, quæ in hoc mundo degebat, naturam humanam, quam in cœlis nunquam habuerat.

Similiter nõ ſequitur: Filius Dei natus eſt de virgine,& mortuus eſt,& minor eſt Deo Patre:ergo filius Dei ſecundùm diuinam naturam natus eſt de virgine, mortuus eſt,& minor eſt Patre.

Caluini ſententia proponitur & refutatur.

CAluini ſentẽtia eſt:In Euchariſtia panem et vinũ manere incõmutata,ſicut aqua manet in baptiſmo:Per metonymiã autẽ nuncupari corpus & ſanguinem Chriſti,quia ſignãt, operãte ſpiritu ſancto nutriri animas noſtras corpore & ſãguine Chriſti,in cœlo exiſtẽtibus,ſicut caro noſtra alitur pane & vino: rurſum, per hæc ſymbola ipſam carnis & ſanguinis Chriſti cõmunicationẽ nobis cõferri,ſicut p̃ euãgelium ſeu verbũ Dei. Sacramentis enim ſpirituales effect⁹ eaten⁹ tribuit Caluinus, quatenus fidem excitant. Quarè quicquid aliud perſuadere conetur, docet ſacramẽta nihil differre à comicis tragiciſque ſignificationibus:vt pote quibus nil minus excitetur fides quàm verbi prædicatione, vel ſacramentorum (prout ſcilicet ſacramenta,

menta explicat)celebratione. Aliud enim nihil eſſe vult ſacramenta, quàm viſibilia verba. Quoniam quicquid effectus & veritatis(quo verbo vtitur) in ſacramẽtis eſſe clamat, id totũ fidei acceptum refert: quæ ſi æquè abundè citra ſacramenta ab aliquo habeatur, nihil ei amplius poterunt iam ſacramenta conferre. Illa, inquam, eſt Caluini de ſacramentis ſentẽtia.

Verùm, quod facere inſtituimus, oſtendamus verè corporaliter Chriſtum eſſe in Eucharistia, ſiue, id quod iuxta externam quidem ſpeciem à vero pane non differt, eſſe verè corpus Chriſti, quod cruci affixũ fuit, & iam in cœlo eſt: tam verè, inquam, atque panis non conſecratus eſt panis.

Pronunciat inprimis Chriſtus diſertis verbis, de eo quod diſcipulis porrigit edendum: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur. Oratio hæc nihil habet metaphoræ, nihil parabolę, nihil metonymiæ: ſed prorſus ſimilis eſt illi cœleſti voci, ſine vllo tropo ſineque figurabis ſupra Chriſtum à Deo Patre prolatæ: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Sed quemadmodum eam olim Neſtoriani detorſerunt à germano ſenſu, dicentes Chriſtum non ſub-

Matt. 16.
1. Cor. 11.
Matth. 3.

ſtantialiter, nec verè eſſe Dei filium; ſed nuncupatiuè duntaxat, ac per quandam copulationem & amicitiã cum Dei filio: ita quoque hoc filij Dei verbum, Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur, hodie heretici per tropum fictitium euertere conantur. Videamus igitur quiſnam hîc tropus fingi poſsit. Metaphoræ inprimis ad rei declarationem adhibentur. Quum igitur prædicatum, ſeu quod ipſi rei attribuitur, rem ſoleat explicare, eiúſque proprietates ob oculos ponere, oportet ea quæ metaphoricè rei attribuũtur, de re prædicari, non cõtrà, nomen tribui rei illi, vnde rei proprietas declaratur. Exempli gratia: Nemo dicit leonem, vel agnum, aut vitem, aut lapidẽ, aut oſtium eſſe Chriſtum: ſed econtrà, Chriſtus vocatur leo, agnus, vitis, lapis, petra, & oſtiũ metaphoricè ac per ſimilitudinem. Itaq; ſi Chriſtus in verbis cœnæ metaphora vti voluiſſet, dixiſſet: Corpus meum eſt panis: nõ autem, Hoc eſt corpus meum. Nec demonſtrandum fuiſſet aliquid peculiare (vtendo demonſtratiuo pronomine, hoc) quoniã metaphoræ à generibus & ſpeciebus rerũ ſolent ſumi, aut ſaltẽ ex alijs paſſim ſatis notis: Cuiuſmodi eſt, Ioannes eſt

Matt. 26

In verbis Domini non eſſe metaphoram.

Helias. Porrò quod verum eſt de metaphoricis locutionibus, etiam in parabolis locum habet. Adhibentur nimirum & ipſæ ad rei declarationem, & non ex particularibus, ſed ex generibus rerũ petuntur, aut rebus alioqui admodùm vulgaribus: vt, ex agricultura & re familiari, ex Iſaac & alijs nobiliter notis. Et proinde, in ſermone parabolico rei declarandæ parabolica tribuuntur. vt exempli gratia in iſta ſententia: Regnum cœlorum ſimile eſt homini, qui ſeminauit etc. non autem ediuerſo, res ipſa parabolæ. Hoc enim ſi fieri cõtingat, expoſitio parabolę erit, non autem parabola. Vt cùm dicitur: Semẽ eſt verbum Dei: Ager eſt mundus: Septẽ boues, ſeptem anni ſuut. Quarè cùm Chriſtus nomen corporis ſui rei tribuat, quam edendam porrigit, & demõſtratione particulari vtatur, dicẽs: Hoc eſt corpus meũ: euidenter ſequitur, eum abſque parabola loqui: maximè quum parabola nulla præceſſerit, quam dici poſsit expoſuiſſe. Et quidem hæc de metaphora & parabola concedit etiam Caluinus. Quòd autem nec metonymia (qua ſignum accipit nomen ſignati, & inſtrumẽtum nomen principalis agentis) hîc ſit, Deo donante demonſtra-

Parabolã nõ eſſe in verbis domini.

Metonymia.

monſtrabimus:ſiue firmis rationibus, ſiue pijs,nec tamen parum probabilibus, perſuaſionibus. Primò quidem ex ipſo totius eccleſiæ ſenſu, & conſenſu perpetuo. Secundò verò ex collatione Euchariſtiæ cum alijs ſacramentis, ſeu veteribus, ſeu nouis. Tertiò,ex Euchariſtiæ conſecratione, & his quæ circa eám ex ſcripturis recitantur. Quartò ex ſumptione, vel his quæ de ea dicuntur in ſcripturis. Poſtremò,ex eius cum myſterio incarnationis dominicæ collatione.

Prima ratio,probans verba Domini proprio ſenſu, & ſine metonymia eſſe accipienda.

PRimò igitur ex perpetuo totius eccleſiæ catholicæ ſenſu hoc demonſtremus, propriè videlicet Chriſtum locutum,
Matt.26. dum dixit: Hoc eſt corpus meum,&,Hic eſt ſanguis meus. Hîc enim firmiſsima pleniſsimaque ſita eſt oſtenſio, omnes alias probationes fulciẽs ac ſolidas
Matt. 16. reddens:eo quòd nõ vanè promiſit Chriſtus,aduerſus eccleſiam ſuam portas inferi nunquàm præualituras. Vnde ait Lanfrancus

francus Berengario: Si verum eſt quod de corpore Chriſti tu credis & adſtruis, falſum eſt quod ab eccleſia vbique gentium de eadem re creditur & aſtruitur. Omnes enim qui Chriſtianos ſe dici & eſſe lætantur, veram Chriſti carnem verumq; eius ſanguinem, vtraque ſumpta de virgine, in hoc ſacramento ſe percipere gloriātur etc. *Lanfrācus.*

Et ad hoc duntaxat ſynodos nunc citemus: quia verba patrū infrà ſparſim producentur. Synodica epiſtola Eugenij quarti, approbante Florentino concilio ad Armenos data anno 1439. Forma, inquit, huius ſacramenti (Euchariſtiæ) ſunt verba Saluatoris, quibus hoc conficit ſacramentum. Sacerdos enim in perſona Chriſti loquens, hoc conficit ſacramētum. Nam ipſorum verborum virtute ſubſtantia panis in corpus Chriſti, & ſubſtantia vini in ſanguinē conuertuntur: ita tamen, quòd totus Chriſtus continetur ſub ſpecie panis, & totus ſub ſpecie vini: ſub qualibet quoque parte hoſtiæ conſecratæ & vini conſecrati, ſeparatione facta, totus eſt Chriſtus. *Epiſtola Eugenij 4.* Synodus Conſtantienſis, anno Domini 1415. damnat tres ſequentes articulos Ioannis VViclef: *Synod. Conſtantienſis.*

1. Subſtantia panis materialis, & ſimiliter ſub-

ter ſubſtãtia vini materialis, remanent in ſacramento altaris.

2\. Accidentia panis non manent ſine ſubiecto in eodem (euchariſtiæ) ſacramento.

3\. Chriſtus non eſt in eodem ſacramento identicè & realiter in propria præſentia corporali.

Mandatur quoque in eadem ſynodo Inquiſitoribus, vt inquirant à ſuſpecto de hæreſi: vtrum credat, poſt conſecrationem Sacerdotis, in ſacramento altaris, ſub velamento panis & vini, non eſſe panem materialem vinumq; materiale, ſed eundem per omnia Chriſtum qui in cruce paſſus eſt, & ſedet ad dexteram patris. Itẽ, vtrum credat & aſſerat, quòd facta conſecratione per ſacerdotẽ, ſub ſola ſpecie panis tãtùm & præter ſpeciem vini, ſit vera caro Chriſti, & ſanguis & anima & Deitas & totus Chriſtus, ac idem corpus abſolutè, & ſub vnaqualibet illarum ſpecierum ſingulariter.

Synodus Lateranẽſis. Synodus Lateranenſis anno Domini 1215. ſub Innocentio tertio: In eccleſia, inquit, idem ipſe ſacerdos & ſacrificium Ieſus Chriſtus: cuius corpus & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpecie panis & vini veraciter continentur, tranſſubſtantiatis

pane

pane in corpus, & vino in ſanguinem poteſtate diuina: vt ad perficiendum myſteriũ vnitatis accipiamus ipſi de ſuo, quod accepit ipſe de noſtro. Et hoc vtique ſacramentũ nemo poteſt conficere, niſi ſacerdos fuerit ritè ordinatus ſecundùm claues eccleſiæ, quas ipſe cõceſsit Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus Ieſus Chriſtus.

De Berengario, primo huius erroris authore, verba recitabo D. Guitmundi, plurima concilia recitantis. Mox (ait) incipientibus his palàm audiri, catholici viri grauiter commoti, atq; intolerabiliter ferentes, præſidente per ſemetipſum beatiſſimæ memoriæ domino Papa Leone, Vercellis concilium ponunt: in quo poſt diligentiſsimam de corpore & ſanguine Domini rationem, Berengarium & omnes eius in hac hæreſi fautores, perpetuo anathemate, niſi reſipiſcerent, damnauerunt. Cumq; iam defunctum ſanctum Leonem Papã, & ſanctos viros qui interfuêre concilio, maledicis verbis & ſcriptis laceſſere nõ deſineret, ſanctiſsimum illud ac reuerendiſsimum eccleſiæ Dei ſpeculum, ſummum nõ Pontificem, ſed Pompificem atq; Pulpificem vocans, eumque infatuatione Lanfranci infatuatum, concilium vanita-

Lib. 1. de ſacra. nõ procul ab initio.

Leo nonus.

Synodus Vercellẽſis.

tis

Turonẽ-ſis ſynodus. tis adunaſſe blaſphemiãs: Turonis item generali aggregato concilio, præſénti venerabili nunc Papa Gregorio, Romano tunc archidiacono, panem & vinum in ſacrificio Domini nõ vmbraticè, ſed verè Chriſti carnem & ſanguinem fieri, dato propriæ manus ſacramento confirmauit. Inde

Romana ſynod⁹: quæ erat 113. epiſcoporum. poſtmodum deſipiſcens itidem Romæ in generali concilio conflictu rationis reuictus, libellos ſuos propria manu ſub præſentia fœlicis memoriæ Papæ Nicolai, coram omni ſynodo cremauit, errorem anathematizauit, confeſsionemq; bonam, quam Turonis fecerat, præſtito identidem propriæ manus ſacramento, renouauit his verbis: Ego Berengarius indignus Diaco-

Cõfeſsio Berengarij. nus eccleſiæ ſancti Mauritij Andegauẽſis, cognoſcens veram, catholicam, & Apoſtolicam fidem, anathematizo omnem hæreſim, præcipuè eam, de qua hactenus infamatus ſum: quę aſtruere conatur, panem & vinum quæ in altari ponũtur, poſt conſecrationem ſolummodò ſacramentum & non verum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe: nec poſſe ſenſualiter niſi in ſolo ſacramento manibus ſacerdotum tractari, vel frangi, aut fidelium dentibus atteri. Conſentio autem ſanctæ

Romanæ

Romanæ eccleſiæ,& Apoſtolicæ ſedi, & ore & corde profiteor, de ſacramentis dominicæ menſæ eandem fidem me tenere, quam Dominus & venerabilis Papa Nicolaus & ſancta hæc ſynodus authoritate euangelica & Apoſtolica tenendam tradidit, mihiq; firmauit: ſcilicet, panem & vinum quæ in altari ponuntur, poſt cõſecrationem nõ ſolùm ſacramentum, ſed etiam verum corpus & ſanguinẽ domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe, & ſenſualiter non ſolùm ſacramẽto, ſed in veritate manibus ſacerdotũ tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri: iurans per ſanctam & homouſion Trinitatem, & per hæc ſacroſancta Chriſti euangelia. Eos verò qui cõtra hanc fidem venerint, cũ dogmatibus & ſectatoribus ſuis æterno anathemate dignos eſſe pronũcio. Quòd ſi ego ipſe aliquando aliquid cõtra hæc ſentire ac prædicare præſumpſero, ſubiaceã canonum ſeueritati. Lecto & perlecto ſponte ſubſcripſi. Denique, ſicut ſcribit Thomas VValdenſis, ſub Gregorio ſeptimo iterum eandem ſuã hęreſim abiurauit. Acta concilij ſic habent: Anno ab incarnatione ſempiterni principij 1079. mẽſe Februarij, indictione ſecũda, Pontificatus verò Domini Gregorij Papæ ſeptimi

Tomo 2. de ſacra. cap. 43.

ſexto

ſexto anno, ad honorem Dei, & ædificationem eccleſiæ ſanctæ, ſalutem quoque tam corporũ quàm animarũ, ex præcepto ſedis Apoſtolicæ conuenerunt finitimi & diuerſarum prouinciarum Archiepiſcopi, Epiſcòpi, religioſæq; perſonæ, vt ſanctam ſynodum celebrarent. Omnibus igitur in eccleſia ſaluatoris congregatis, habitus eſt ſermo de Corpore & Sanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Item paulò infrà: Denique Berengarius, huius erroris magiſter, poſt longo tempore dogmatizatam impietatem, erraſſe ſe coram concilio frequenti confeſſus, veniamq́ue poſtulans & orans, ex apoſtolica clementia meruit: iurauitq́ue ſicut nunc in ſequentibus continetur, Ego Berengarius corde credo, & ore confiteor, panem & vinum, quæ ponuntur in altari, per myſterium ſacræ orationis & verba noſtri redẽptoris, ſubſtantialiter conuerti in veram & propriã ac viuificatricem carnẽ & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti: & poſt conſecrationem eſſe verũ Chriſti corpus, quod natum eſt de virgine, & quod pro ſalute mundi oblatum in cruce pepẽdit, & quod ſedet ad dexteram patris, & verum ſanguinem Chriſti qui dè latere eius effuſus eſt:

Cõfeßio Berẽgarij ſub Gregorio ſeptimo.

eſt:non tantùm per ſignum & virtutem ſacramenti,ſed etiam in proprietate naturæ, & veritate ſubſtantiæ : ſicut in hoc Breui cõtinetur.Et ego legi,& vos intelligitis. ſic credo,nec contra hanc fidẽ vlterius docebo.ſic me Deus adiuuet,& hæc ſacra euangelia. Hæc eſt poſtrema Berengarij abiuratio,ſub Gregorio ſeptimo. Circa quam notandum, quòd huius Gregorij aduerſarij in Brixia Norica, triginta numero epiſcopi,eidẽ Gregorio (vt narrat Abbas Vrſpergenſis)impoſuerant, catholicam & apoſtolicam fidem de corpore & ſanguine Domini, ab eo in quæſtionem vocari,eumq́; hæretici Berẽgarij antiquum eſſe diſcipulum : Vnde videlicet perſpicitur,quàm fuerit ab omnibus, etiã apoſtolicæ ſedis hoſtibus,reiecta Berengarij ſententia. Agnoſcit hæc Caluinus,imò & inde ſibi gratulatur : [Mihi, inquiens, adeò moleſtum non eſt,in concilio Romano cui præfuit Nicolaus ſecundus, & Vercellenſi * quod auſpicijs Gregorij ſeptimi coactum eſt, damnatã fuiſſe quam ſequor doctrinam,vt m. i eo nomine plurimùm gratuler,quòd ma ifeſtis Dei hoſtibus & antichriſtis ſemper xoſam fuiſſe video. Certè eorum apprc atio ſuſpectam quo-

In admonit. vveſtphali.

* Laborat ignorãtia hiſtoriæ.

Iudaizet ergo & dicat necdũ Meſſiam veniſſe.

dãmodò ipſam mihi redderet.]Dicat ergo Caluinus, vbi tunc fuerit Chriſtianiſmus? Audio quid reſpondeat. In Berengario archidiacono Andegauenſi, inquit. Cũ ergo homo mortuus fuit, cum homine pariter interijt & ſecta: quia poſt ſe nullum clericum diaconus potuit ordinare. Eccleſia autem non eſt, quæ non habet ſacerdotem: ſicut contra Luciferianos de quodam Hilario diacono ait Hieronymus.

Nicena ſynodus

Conſequenter ad alias ſynodos procedamus. Nicena ſecunda, docens in Euchariſtia non eſſe tantùm imaginem corporis domini, ſed etiã ipſum corpus, in hæc verba loquitur: Nemo vnquã ſanctorũ Apoſtolorũ, qui tubæ ſunt Spiritus ſancti, aut glorioſorũ patrũ noſtrorũ, incruentũ noſtrum ſacrificium in memoriam paſsionis Chriſti domini Dei noſtri, & totius ſuæ diſpenſationis factũ, imaginem corporis illius dixerit. Nam is qui accepit à Domino, ſic non dicit aut confitetur, ſed audiũt eum ſic dicentem euangelicè: Niſi comederitis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non intrabitis in regnum cœlorum, etc quæ ibi ſequuntur: inter quę citantur ſcripturæ ex Matthęi 26. & 1. ad Corinth. 11. Deinde infrà: Legas, inquit,

Actio 6. Hęc ſynodus 350. epiſcoporũ celebrata eſt circa annum 800.

Ioan. 6.

Eadem.

quouſq;

quouſque voles, nunquàm inuenies neq; Dominum, neq; Apoſtolos, neq; Patres, incruentũ illud ſacrificium, quod à ſacerdote offertur, imaginẽ dixiſſe, verùm ipſum corpus & ipſum ſanguinẽ. Attamen ante ſanctificationis conſecrationem, quibuſdã patrib⁹ piè ſanè viſum eſt ἀντίτυπον hoc eſt, exẽplar ſimilis formæ nominare: quorum de numero Euſtatius conſtans is propugnator orthodoxæ fidei, & Arrianicæ inſaniæ expugnator clarus: item Baſilius, eiuſdem ſuperſtitionis auerruncator: qui apertam & planã rectorum & probatorũ dogmatum viã docentes, vno ore & ſpiritu loquuntur: Hic quidẽ, exponens dictũ illud in prouerbijs Salomonis: Edite meũ panem, & bibite vinũ quod cõmiſcui vobis: Hîc, inquit, per panẽ & vinum, ἀντίτυπα membrorum corporalium Chriſti prædicat. Ille verò, ex eodem fonte hauriens, vt omnes ſacerdotij myſtæ cognoſcunt, in precatione diuinę anaphorę (ita Græci miſſæ partẽ vocant) ſic alicubi legit: Cõfidẽtes tuo ſacro altari appropinquamus, & ꝓponẽtes antitypa ſancti corporis & ſanguinis Chriſti tui, te precamur et inuocamus. Et quæ deinceps ſequuntur ſententiã patris, ampliùs cõfirmant, quòd

Idem habet Damaſce. l.4.c.14.

Prou.9.

Euſtatius.

Baſilius

ante ſanctificationẽ antitypa vocauerint, poſt conſecrationẽ autẽ, corpus Domini & ſanguinem Chriſti:atq; ita eſſe creduntur. Sed generoſi iſti, ſacrarũ imaginũ cupientes contemplationẽ obſcurare, aliam ſcilicet imaginẽ introduxerunt, quæ ſanè non imago eſt, ſed corpus & ſanguis. Verùm vafritia & improbitate confiſi, falſo ſophiſmate ſeipſos ſubuertunt, hãc ſacram oblationẽ poſitione fieri dicentes. Verùm quemadmodũ iſtud dicere aperta inſania eſt: ſic & imaginẽ aſſerere corpus & cruorem domini, eiuſdem eſt demẽtię: Et pręter id, quod eſt ſingularis ruditatis opus, impietatem quoque admixtã habet. Hæc illa ſynodus. Synodus Epheſina prima, vna illarũ quatuor, quarũ definitiones velut quatuor euangelia ſe recipere fatetur Gregorius (quam propter Caluinũ impudenter hæc effutientem [Conſtat vetuſtos omnes ſcriptores, qui totis quinq; ſeculis poſt Apoſtolos vixerũt, vno ore nobis patrocinari] ſcito celebratam anno Domini 433) ſic ait: Annunciantes, ſicut ſecundùm carnem, mortem vnigeniti filij Dei, id eſt, Ieſu Chriſti, & reſurrectionem eius & in cœlos aſcenſionem pariter confitentes, incruentam celebramus in eccleſijs ſacrificij ſerui-

Iconoclaſtas putat.

Epheſina 1.

Libro.1. epiſ.c.24

In admonitione VVeſtpha.

Epiſt.cõcil. ad Neſtor.

ſeruitutē: ſic etiā ad myſticas benedictiones accedimus, & ſanctificamur, participes ſancti corporis & prætioſi ſanguinis Chriſti, omniū noſtrū redēptoris, effecti, nō vt cōmunē carnē percipientes (quod abſit) nec vt viri ſanctificati, & Verbo cōiuncti ſecundùm dignitatis vnitatem, aut ſicut diuinam poſsidentis habitationē, ſed verè viuificatricē, & ipſius Verbi propriā factā. Vita enim naturaliter vt Deus exiſtens, quia propriæ carni vnitus eſt, viuificatricē eā eſſe profeſſus eſt. Et ideo, quamuis dicat ad nos: Amen amē dico vobis, niſi manducaueritis carnē filij hominis, & biberitis eius ſanguinē: non tamen eam vt hominis vnius ex nobis exiſtimare debemus, (quomodo enim iuxta naturam ſuam viuificatrix eſſe caro poterit hominis?) ſed vt verè propriam eius factā, qui propter nos filius hominis eſt factus & vocatus. Porrò quòd non agat ſynodus de ſpiritali, ſeu quæ fide habetur, perceptione corporis Chriſti, ſed de ea qua Verbum ipſum ſecundùm carnē ore ſumitur ac manducatur: nemo negauerit, ſi cogitet epiſtolæ ſynodicæ, ex qua nunc recitata verba ſumpta ſunt, authorem eſſe Cyrillum qui ſynodo præſedit. Tam clarè ſi- Ioan. 6.

quidẽ docet Cyrillus multis locis realem carnis præſentiá in euchariſtia, vt ad verba eius reſpõſurus Caluinus aliud nil habeat, quàm, per hyperbolen eum eſſe locutum: vt ſuo loco patebit.

In admonit. Ioachi. VVeſtphal. fo. 197.

Cùm igitur ex his conſtet, Eccleſiam Chriſti tradere, quòd corpus Chriſti verè, ſubſtantialiter, & corporaliter ſub ſpeciebus panis contineatur: quid eſt quod profert Caluinus vel Zuinglius, ob quod ab Eccleſię ſenſu diſcedamus? Certè non miracula edit, non populi ſibi credentis maiorem quàm cæterorũ vitæ pietatẽ oſtendit: quæ quidẽ etſi proferret, tamen aduerſus Eccleſię ſenſum nihil haberẽt roboris, eo quòd ſciamus et pſeudoprophetas ſigna facere poſſe atque portenta, lupoſque ſub veſtitu ouium venturos nos Dominũ monuiſſe. Quid igitur profert? Scripturas, inquit. Sed nos ei, Auguſtini verba imitantes, dicamus: Scripturas mihi fortè lecturus es, et in de tẽtabis aſtruere, Chriſti corpus in Euchariſtia nõ eſſe. ego verò ſcripturis non crederẽ, niſi me ad credendum catholicæ eccleſiæ commoueret authoritas. Quibus ergo obtemperaui, dicẽtibus, Crede ſcripturas eſſe verba Dei: cur non obtemperẽ &. hoc dicentibus: Crede

Mat. 7. Deut. 13.

Contra epiſtolã fundamẽti c. 5.

in euchariſtia eſſe corpus Domini? Si fortè reſpondeas, Caluine, me catholicis rectè credere vbi laudant ſcripturas, at nō, dum aſſerunt panē verti in corpus Chriſti: vſq; adeo me ſtultū putas, vt nulla reddita ratione quod vis credá, quod vis non credá? Si ad ſcripturas te tenes: & ego ad eos me teneá, quibus præcipiētibus credidi ſcripturis: & his iubentibus, corpus Domini in euchariſtia eſſe credá. Quòd ſi in ſcripturis apertiſsimè omnino inuenire potueris, corpus domini in euchariſtia non eſſe, infirmabis mihi catholicorum authoritatem qui iubent vt contrarium credam: qua infirmata nec ſcripturis credam, quia per catholicos eis credideram. Quapropter, faciliùs à Chriſto apoſtaſiam perſuadeas, ô Caluine, quàm vt credendo ſcripturis ex catholicæ Eccleſiæ authoritate, de ſenſu quē habeát tibi credamus eccleſia relicta: Quin potiùs, cùm Eccleſiæ ſenſum ſequimur, ſcimus nos tenére ſanctarum ſcripturarum veritatem: vtpote quæ Eccleſiam commendant tanquam columnam & firmamentum veritatis, tanquam eam quæ à portis inferi vinci nequit, tanquam eam cum qua manet ſpiritus veritatis, nō ſolùm primis quinque ſeculis poſt Apo- li.1 cōtra Creſco. c 31.32.33. 1. Tim. 3. Matt. 16. Ioan. 16.

ſtolos(vt, quod ad hanc rem attinet, im-
Matth.28 pudenter aſſeris)ſed inæternum: Nec ſo-
lùm in occulto,ſed et ſic cōſpicuè ac apertè
Dan. 2. ſuper montem Chriſtũ, vt ad eam omnes
Eſa.60. gētes cōcurrere poſsint: vt ad eam deferri
Eſa.2. poſsit monitionũ contemptor. At Cal-
Mich. 4. uino iam pridē Chriſti eccleſia obnubilata
Mat. 18. eſt,nec adiri potuit. Sed nos euāgelio po-
tiùs quàm ei credimus: ea videlicet quæ
in euangelio de illuſtri & perſpicua eccle-
ſia ſcripta ſunt, conanti ad neſcio vbi la-
tentem Satanæ ſynagogam, Berengaria-
nam aut VViclefiſticam, vel Zuinglianam
referre: Sicut olim Manichæi luci eccleſia-
rum ſuas tenebras præferre voluerunt.
Quarè quod eis Auguſtinus, hoc nos Cal-
uino reſpondere poſſumus. Fateor (inquit
Cap. 14. de vtilitate credendi. Auguſtinus) me iam Chriſto credidiſſe, &
animum induxiſſe, id eſſe verũ quod ille
dixerit, etiā ſi nulla ratione fulciatur. Hoc
hæretice principio me docturus es? Sine
paululum mecũ ipſe cōſiderem Chriſtum
ipſum, quomodo apparére hominibus
voluit, qui iſtis etiā vulgaribus oculis vi-
ſus eſſe prædicatur. Ego non vidi. Quibus
de illo crediderim, vt ad te iā tali fide prę-
ſtructus accedam? nullis me video credi-
diſſe, niſi populorum atque gentium con-
firmatæ

firmatæ opinioni, ac famæ admodum celeberrimæ: hos autem populos, eccleſiæ catholicæ myſteria vſquequaque occupaſſe. Cur non igitur apud eos potiſsimum diligentiſsimè requiram quid Chriſtus præceperit, quorum authoritate commotus Chriſtum aliquid vtile pręcepiſſe iam credidi? Tu ne mihi meliùs expoſiturus es quid ille dixerit? quẽ fuiſſe aut eſſe nõ putarẽ, ſi abs te mihi hoc cõmendaretur eſſe credẽdum. Hoc ergo credidi, vt dixi, famæ celebritate, cõſenſione, vetuſtate roboratæ. Vos autẽ & tam pauci & tã turbulenti, & tam noui, nemini dubiũ eſt quin nihil dignũ authoritatę præferatis. Quæ igitur iſta tanta dementia eſt: Illis crede, Chriſto eſſe credẽdum, & à nobis diſce quid dixerit? Cur obſecro te? Nam ſi illi deficerent, nec me quicquam docere poſſent: multo faciliùs mihi perſuaderem, Chriſto nõ eſſe credẽdũ, quã de illo cuiquã, niſi ab his per quos ei credidiſſem, diſcendũ. hæc Auguſt.

Secunda ratio, qua probatur, proprio ſenſu eſſe accipienda Domini verba: cuius etiam multæ ſunt partes.

NVnc ex collatione euchariſtię cum alijs ſacramentis, oſtẽdamus in his Chriſti verbis: Hoc eſt corp⁹ meũ: non eſſe

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

non eſſe metonymiam. Primùm animaduertẽdum eſt, quòd in toto ſcripturarum corpore, nuſquam, de quocunque ſacramento fiat mentio, dicitur ſubſtantia, quæ in ſacramento eſt cùm perficitur, ſiue cum eius celebratio cõfectióve abſoluitur, aut eo fideles vtũtur, eſſe reuera illud ipſum, quod per eam ſubſtantiã ſignificatur, aut fidelibus inſinuatur: niſi eo loco, vbi Dominus de ea ſubſtãtia, quã ſua virtute conficiebat ex pane, & diſcipulis manibus ſuis
Matt. 26. edẽdam dabat, ait: Hoc eſt corpus meum. De aqua, qua quis baptizatur, nuſquam legas: Hæc aqua eſt Spiritus ſanctus. Nuſquam, Hoc oleum (quo quis confirmandus, vel infirmus inungitur) eſt Spiritus ſanctus. Nuſquam: Hic agnus (puta qui in Paſchate à Iudæis immolabatur) eſt Chriſtus. Nuſquam: Hic ſanguis hirci (in die expiationis conſuetus offerri) eſt ſanguis Chriſti. Etquidem meritò nuſquam hæc legantur: quia proprio ſenſu accepta, vera non ſunt, vti hoc eſt veriſsimum: Hoc eſt corpus meum. Si autem per metonymiam loqui libeat, non ſolùm aqua baptiſmi (in quo deſignatur fieri interna hominis ablutio per Spiritum ſanctum, merito ſanguinis Chriſti: de qua inquit

inquit Ioannes, Lauit nos à peccatis no- Apoc. 1.
ſtris in ſanguine ſuo) dicetur Chriſti ſanguis vel Spiritus ſanctus, ſed etiam pecudum ſanguis, qui olim oblatus eſt in veteris legis ſacramento, imò, quælibet pictura & imago Chriſti, tragica quoque vel comica eius repræſentatio: quippe quæ etiam ſigna ſunt corporis & ſanguinis Chriſti. Nam quod ait Caluinus, cœnæ ſymbola à tragicis comiciſque ſignificationibus differre, quòd iſtis ſymbolis coniuncta ſit veritas, dum ex eis excitata fide corporis & ſanguinis Chriſti paſcuntur animæ corpore & ſanguine, ad dexteram Patris in cœlo collocatis: nequaquam argumentum diluit. Vt enim demus, fidem tragicis exhibitionibus vel picturis non excitari: (quod tamen an ita ſe habeat, arbitrio experientiæ relinquatur) nunquid ſaltem negare poterit Caluinus, hoc fieri prædicatione corporis & ſanguinis, aut ſcripturis deſcribentibus Chriſtum communicaſſe carni & ſanguini? opinor quòd non. Si ergo propterea dixit Chriſtus, panem eſſe corpus ſuum quòd eius ſit ſignum, & cauſa ſeu inſtrumentũ, quo fiat vt animæ corpore eius paſcantur: vt ſic in vno eodemque ſermone duplex conſti-
tuatur

tuatur tranſnominatio, nempe ſigni per ſignatum, & cauſæ per effectũ, ſiue inſtrumenti per primariam cauſam) certè oportebit eadẽ ratione dicere, prędicationem & ſcripturam eſſe corpus & ſanguinem Chriſti. Quod ſanè ab eccleſiaſtico ſenſu veterumq; Doctorum ſententia nimis eſt alienum: ſicut diligentiſsimè annotauit Auguſtinus: Si, inquiẽs, Apoſtolus Paulus, quanuis adhuc portaret ſarcinam corporis quod corrumpitur & aggrauat animam, quãuis adhuc ex parte atq; in enigmate videret, optans diſſolui & eſſe cum Chriſto, & in ſemetipſo ingemiſcens adoptionem, expectans redemptionem corporis ſui: potuit tamen ſignificando prædicare dominum Ieſum Chriſtũ, aliter per linguam ſuam, aliter per epiſtolam, aliter per ſacramentũ corporis & ſanguinis eius. (Nec linguã quippe eius, nec membranas, nec atramentũ, nec ſignificantes ſonos linguã editos, nec ſigna literarum conſcripta pelliculis, corpus Chriſti et ſanguinẽ dicimus, ſed illud tantùm, quod ex fructibus terræ acceptũ, & prece myſtica conſecratũ ritè ſumimus ad ſalutẽ ſpiritalẽ, in memoriã pro nobis dominicæ paſsionis. Quod cum per manus hominũ ad illã viſibilem

Cap. 4. lib. 3. de Trinitat.

ſpeciem

ſpeciem perducitur, non ſanctificatur vt ſit tam magnũ ſacramẽtum, niſi operante inuiſibiliter Spiritu Dei, cum hæc omnia, quæ per corporales motus in illo opere fiunt, Deus operetur, mouẽs primitus inuiſibilia miniſtrorũ, ſiue animas hominũ, ſiue occultorum ſpirituũ ſibi ſubditas ſeruitutes): quid mirum, ſi etiam in creatura cœli & terræ, maris & aëris facit Deus quę vult ſenſibilia atque viſibilia, ad ſeipſum in eis, ſicut oportere nouit, ſignificandum & demonſtrandum, non ipſa ſua, qua eſt, apparente ſubſtantia, quę omnino incommutabilis eſt? Hæc Auguſtinus. Si tantũmodò metonymicè euchariſtia corpus ſit Chriſti, quòd videlicet illud ſignet, & fidem excitandò animæ nutriendæ exhibeat: profectò & prædicatio Apoſtolica corpus Chriſti vocãda erit. Nec ibi loquitur Auguſtin⁹ velut de re obſcura vel ambigua: quin potius, tanquã de re adeò certa & clara, vt per eam aliud obſcurũ illuſtret: Cur nimirũ Filius propter humanã naturam dicatur minor Patre: non autem Spiritus ſ. Patre vel filio propter ſpeciem columbæ & ignearum linguarum, in quibus viſus eſt & à Deo miſſus? Hoc enim tractat à capite 3. & 4. ſecũdi de Trinitate, Luc. 3. Act. 2.

vſq;

vſq; ad finé libri quarti. Reſpondet autem quòd ideo non dicitur Spiritus ſ. minor Patre & filio ſicut filius Patre: quia natura humana aſſumpta eſt à Dei filio in vnitaté perſonæ, nõ autem columba vel ignis ſeu igneæ linguæ à Spiritu ſ. ſed mera eius ſigna fuerunt extra ipſam eius hypoſtaſim. Eorũq; occaſione de varijs Dei apparitionibus tractat. Vt, inquá, obſcurá eiuſmodi quæſtioné elucidet, ſimile ſumit ex varia Apoſtoli prædicatione qua prædicauit Chriſtũ. Nam dũ verbo & ſcripto prædicauit Chriſtũ, ſic eum ſignificauit quéadmodum colũba & linguæ igneæ ſignificârant Spiritũ ſanctũ, & Deũ Patré vox illa

Matth. 3. cœleſtis: Hic eſt filius meus dilectus etc. quoniá ſicut verba & ſcripta Pauli nõ erát corpus & ſanguis Chriſti, quáuis ea ſignificarent: Ita nec columba & linguæ igneæ ſunt Spiritus ſanctus, nec Pater vox illa cœleſtis: Hic eſt filius meus etc: tametſi per ea ſignificentur. At ſicut prece myſtica cõſecrás corpus & ſanguinem Domini, ſic ipſum corpus & ſanguiné Domini ſignificauit, vt hoc ſacramétũ verè eſſet corpus & ſanguis Domini: ita ipſe homo Ieſus, ſic Verbum Patris æternum ſeu eius naturalem filiũ nobis præſentat, vt ipſe quoq; ſit ip-

ſit ipſummet Verbũ, Deo Patri cõſubſtantiale. In calce libri quarti, finem tandem imponẽs huic diſputationi de apparitionibus, Si ergo, inquit, à me quæritur, quomodo factæ ſint vel voces, vel ſenſibiles formæ atq; ſpecies ante incarnationẽ Verbi Dèi, quæ hoc futurũ præfigurarent: per angelos ea Deum operatũ eſſe reſpõdeo. Quod etiam ſcripturarum ſanctarũ teſtimonijs, quantum exiſtimo, ſatis oſtendi. Si autem quæritur, ipſa incarnatio quomodo facta ſit, ipſum verbum Dei dico carnem factũ, id eſt, hominẽ factũ: nõ tamẽ in hoc quod factũ eſt, conuerſum atq; mutatum: ita ſanè factum, vt ibi ſit non tantùm Verbum Dei & hominis caro, ſed etiam rationalis hominis anima: atq; hoc totũ & deus dicatur propter deũ, & homo propter hominẽ. Itẽ aliquanto pòſt: Si quæritur, ait, poſt incarnationẽ verbi quomodo facta ſit vel vox patris, vel ſpecies corporalis, qua Spiritus ſanctus demõſtratus eſt: per creaturam facta iſta non dubito. Iterum infrâ: Non ad vnitatem perſonæ. quis enim hoc dixerit, vt quicquid illud eſt creaturæ per quod ſonuit vox patris, ita ſit Deus Pater: aut quicquid illud eſt creaturæ, in quo per columbæ ſpeciem, vel igneas linguas,

guas, Spiritus ſanctus demonſtratus eſt, ita ſit Spiritus ſanctus, ſicut eſt Dei filius homo ille, qui de virgine factus eſt? ſed tantummodò ad miniſterium peragendæ ſignificationis, ſicut oportuiſſe Deus iudicauit. Ecce, ſicut angelis tribuit columbam & ignem ſigna Sancti ſpiritus, non autem humanam naturã Chriſti, quæ à ſolo Deo coniuncta eſt filio Dei: ita Paulo tribuit ſcripturam & prædicationẽ, quibus Chriſtum ſignificauerit: ſed cùm de euchariſtia loquitur, ei quidem tribuit, quòd etiam per eam ſignificãdo pręSdicârit Chriſtum: at vt tam magnum ſit ſacramentum, quod etiã corpus & ſanguis Chriſti ſit, dicit non fieri niſi operatione inuiſibili ſpirit⁹ Dei.

Vide Aug. l. 2. cõtra Maxim, c. 19 itẽ epiſt. 102.

2 Secundò notandum, quòd ſi non aliud quàm panis ſit in hoc ſacrificio, nec mutetur aſſumptus panis in carnem agni, ſacrificio Cain ſimilius eſt quàm Abelis hoc ſacrificiũ noſtrũ, eo quòd panis & vinum fruges ſunt terræ, ex quibus ſacrificiũ domino obtulerat Cain. At ſi mutetur panis in carnem Chriſti, vinumq; in ſanguinem: (quod quin fiat nefas eſt dubitare. Nam offert ſeipſum Chriſtus primogenitum pinguiſsimum totius gregis electorum, ſicut de gregis ſui promogenitis & à dipibus

Gen, 4.

Vide Rup, in

adipibus eorum Abel obtulerat) inueni- Geneſ. &
mur habere, quod Abelis repræſentabat Thom-
ſacrificium. Et certè hoc ſe ſic habere, hoc vvald li.
eſt, Abelis ſacrificium noſtri figuram fuiſ- de ſacra-
ſe, ex canone miſſæ, & antiquis eccleſiæ ment.
Collectis manifeſtum eſt. Id etiam Augu- cap 41.
ſtinus aſſerit, ad illa verba domini, Vox Vide Se-
ſanguinis fratris tui clamat ad me de ter- cretam
ra: Sic, inquiens, arguit in ſcripturis ſanctis domin. 7
vox diuina Iudæos. Habet enim magnam poſt Pen-
vocem Chriſti ſanguis in terra, cùm eo ac- thecoſtē.
cepto ab omnibus gentibus reſpondetur, lib. 12.
Amen. Hæc eſt clara vox ſanguinis, quam contra
ſanguis ipſe exprimit ex ore fidelium, eo- Fauſtum
dem ſanguine redemptorum. Similiter li- ca. 10.
ber de incarnationis dominicæ ſacramēto,
Ambroſio inſcriptus, inquit: Abel ex pri- Cap. 1.
mitiuis ouium obtulit ſacrificium, docens
non terræ munera placitura Deo, quæ de-
generauerant in peccatores, ſed ea in qui-
bus * diuini gratia myſterij refulgeret.
Prophetauit itaq;, nos per paſsionem do- * VValdenſis legit. Diuina gratia myſterijs.
mini à culpa liberandos: de quo ſcriptum
eſt, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata
mundi. Vnde & de primitiuis obtulit, vt
primogenitum deſignaret. Ioan. 1.

Tertiò. verè nō dixeris carnalem ac ter- 3.
renum illum Iudaicum populum, mādu-

cando agnum paſchalem ſine ſpiritali pœnitentia, reum fuiſſe corporis domini. Nã ſi ſeſe res ita habuiſſet, haud dubiè Moyſes, ſalutis populi valde ſtudioſus, præſcripſiſſet vt ſoli ſpirituales vereq́ue pœnitẽ-
Ioan. 19. tes eum comediſſent, Agnum illum autẽ ſignum fuiſſe Chriſti immolandi, teſtatur Ioannes, qui illud de agno à Moyſe ſcriptum: Os non comminuetis ex eo: de Chri-
Exod. 12. ſto crucifixo intelligit. Quarè, cùm agnũ illum comedentes ſine ſpiritali pœnitentia, rei non fuerint corporis Domini: ſa-
1. Cor. 11. nè nec Apoſtolus reos corporis Domini debuit dixiſſe eos, qui indignè manducarent panem illum, & biberent calicem Domini, ſi ſigna tantùm & non res ipſæ eſſent.

4. Quartò, Si in Euchariſtia ſit ſolùm ſignum corporis domini: fateri debemus potiora fuiſſe Iudæorum ſacramenta, quàm chriſtianorum: vmbram luce clariorem, figuramq́; veritate. Expreſsiùs ſiquidem Chriſti carnem & ſanguinem referunt caro & ſanguis agni immolati in ſacrificio, quàm panis & vinum: corpus cœleſti virtute formatũ, magis mãna de cœlo, quàm panis in fornace piſtus: magis aqua è percuſſo ſilice fluens Chriſti ſanguinem, percuſſo

euſſo itẽ eius è latere effluẽtẽ, quàm vinũ vitis deſignat. Proinde, nõ debebat Chriſtus deſiderio deſiderare vltimum agnum cum diſcipulis edere, ſi nihil aliud quàm obſcurius ſignũ pro clariore volebat ſubſtituere: nec accepto calice agni paſchalis gratias agere, quòd amplius deinceps ille vetus calix bibendus nõ foret. At abſit, vt quicquam præter ordinem & congruitatẽ fecerit Dei filius. Potior nimirum eſt Euchariſtia agno paſchali, non tam expreſſiore ſignificatione, quàm re quam continet, incomparabiliter meliore: Quam vt poſſet Chriſtus ordinare & inſtituere, de veterũ ſignorũ abolitione gauiſus eſt, ac magnificè Patri gratias egit. Hoc ſecutus Ambroſi⁹, ex ſcripturis certiſsimis docet, non tam ſignificationẽ attendendã, quàm rerũ naturã quas cõtinet euchariſtia: premiſsis exemplis de mãna è cœlo, de aqua è petra manãte. Cognouiſti, inquit, præſtãtiora. Potior enim lux quàm vmbra: veritas quàm figura: corpus authoris q̃ manna de cœlo. Fortè dicas: Aliud video, quomoco tu mihi aſſeris quòd Chriſti corpus accipiã? Et hoc nobis ſupereſt adhuc vt probemus. Quantis igitur vtimur exemplis? Probemus non hoc eſſe quod natura formauit

Lucæ 22.

Cap. 9. li. de ijs qui myſte. initiantur.

mauit, ſed quod benedictio conſecrauit: maioremq; vim eſſe benedictionis quàm naturæ, quia benedictione etiam natura ipſa mutatur. Similiter Leo: Oportebat, inquiens, vt manifeſto implerentur effectu, quæ diu fuerãt figurato promiſſa myſterio, vt ouem ſignificatiuam ouis vera remoueret, & vt vno expleretur ſacrificio variarum differentia victimarum. Nam omnia illa, quæ de immolatione agni diuinitus per Moyſen fuerant præſtituta, Chriſtum prophetârãt, & Chriſti occiſionem propriè nunciârant. Vt ergo vmbræ cederẽt corpori, & ceſſarent imagines ſub præſentia veritatis, antiqua obſeruantia nouo tollitur ſacramento, hoſtia in hoſtiã tranſit, ſanguinem ſanguis excludit, & legalis feſtiuitas dum mutatur, impletur. Et infrà: Ieſus, ait, conſilij ſui certus, & in opere paternæ diſpoſitionis intrepidus, vetus teſtamentum conſummabat, & nouum paſcha condebat. Diſcumbentibus enim ſecum diſcipulis ad edendam myſticam cœnam, cùm in Caiphæ atrio tractaretur quomodo Chriſtus poſſet occidi, ille corporis & ſanguinis ſui ordinans ſacramentum, docebat, qualis Deo hoſtia deberet offerri. Aduerte quid dicat Leo, ſcilicet

Sermo. 7 de paſsione Domini.

ſcilicet à Chriſto ſolennitatem paſchalem mutatam, Chriſtumq; nouum paſcha condidiſſe, &c. docuiſſe Apoſtolos qualis hoſtia ab eis Deo deberet offerri: quæ nempe nõ ſignificatiua eius, non imago, ſed ipſa veritas eſſet. Idem habet & Baſilius, cũ ait: Loquutus eſt Dominus ad Mòſen, dicens: Dic Aaroni & filijs eius abſtineant à ſanctis filiorum Iſraël, nec polluant nomen meum ſanctum, quęcunque illi mihi ſanctificant. Ego Dominus. Dic illis, in generationibus ipſorum: Quiſquis hominũ ab omni veſtro ſemine, ad ſancta, quæcunque filij Iſraël Domino ſanctificant, in immũdicia ſua conſtitutus accedit, exterminabitur. Si tales minæ aduerſum eos poſitæ ſunt, qui temerę ad ea ſacra accedunt, quæ ab hominibus ſanctificantur: quid dicendum de eo, qui in tantũ ac tale myſterium temerarius eſt? quãto enim maius aliquid is eſt templo, ſecundũ domini vocem, tanto grauius & terribilius eſt, in animæ impuritate conſtitutum corpus Chriſti temerè cõtingere, quàm ſic accedere ad arietes vel tauros, dicente Apoſtolo: Itaq; qui edit panem aut bibit poculum domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis domini: imò vehementius ac terribilius iu-

Serm. 2. de baptiſ. c. 3.

1. Cor. 11.

dicium per repetitionem exprimẽte cum dicit, Probet autem quiſq; ſeipſum, & ſic de pane hoc edat, & de poculo bibat: qui namq; manducat ac bibit indignè, iudiciũ ſibiipſi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini. Quòd ſi in immundicia tantũ conſtitutus (immundiciæ verò proprietatem, typicè ex lege diſcimus) tá terribile iudicium habet: quanto magis qui cùm in peccato ſit corpus Domini contingere audet, grauius ſibi accerſit iudicium? Hæc eo loco Baſilius.

5. Quintò. Si ideo panis ſit Chriſti corpus, & vinum ſanguis eius, quòd hæc nobis ſignificent: certè pari ratione & manna fuit Chriſti corpus, & aqua quæ de percuſſa petra manauit in deſerto, Chriſti ſanguis: ac ita, Iudæi annis quadraginta, quandocunque manna comederunt, ſiue in prandijs, ſiue in cœnis, ſiue in commeſſationibus ſuis, Chriſti corpus cenſebuntur manducaſſe, & quoties illam aquam biberunt, Chriſti ſanguinem toties bibiſſe, ſicut nunc manducatur Chriſti corpus & eius ſanguis bibitur in ſacrificio, cum illud Deo offertur.

Sed habeant Caluiniani talem Euchariſtiam: quumque nihil impediat, imò re-

ipſa ſit

ipſa ſit conſequens, audacter dicant ſeſe toties corpus Domini edere ac ſanguinem bibere, quoties panem edunt & vinum etiam vſque ad ingurgitationem bibunt: vt iam inter eos & Iſraëlitas nihil hîc ſit diſcriminis. Certè compertum eſt, nõnullos noſtri temporis hæreticos tantum (vt loquuntur) ſanguinis domini conſecrare, vt ex éo quod ſupereſt populi communioni, non ſpiritalé, ſed corporalem lætitiam ſibi generent.

Sextò. Si Euchariſtia ſignum duntaxat exiſtit corporis Domini Chriſti : ergo ipſa non eſt præſtantius ſacramentum aqua baptiſmi. Siquidem hæc Spiritum ſanctum, qui certè multo præſtantior eſt corpore Domini, & baptiſmus communionem cum Chriſto in eius ſepultura & reſurrectione, deſignat: vt ad Romanos cap. ſexto, & ad Coloſſenſes ſecundo docet Apoſtolus. Quicunque, inquiens, baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum, in mortem: vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Quod tamẽ planè alienum eſſe ab omni veteris eccle- 6.

ſiæ ſenſu, vel vnum hoc ſatis demonſtrat, quòd nemo ab ea niſi baptizatus ac ipſo baptiſmo præparatus, ad menſam domini admittebatur: quemadmodum ſcribit an-

Iuſtinus tiquus ille Iuſtinus: Euchariſtia, inquiens, nemini alij participare licet, niſi ei qui vera eſſe credit quæ nos dicimus, & expiatus eſt lauacro quod in remiſsionem peccatorũ regenerationemq́; datur, & ita viuit vt Chriſt⁹ tradidit. Et ſimiliter Augu-

Lib. de pec mer. & remiſ. c 20. ſtinus: Ad ſacramentum, inquiens, ſanctæ mẽſæ ritè nemo niſi baptizatus accedit.

Lib. 2. c. 5. eccleſ. hiſtoriç. Beda quoq; : Nequaq̃ fieri poteſt, vt abſq; purgatione ſacroſancta quis oblationi ſacroſanctæ communicet.

lib. 12. in Ioan. c. 50. Cyrillus item: Regulá accepit Eccleſia, ait. Prohibemus enim à ſacra menſa cathecumenos, quamuis veritatem iam cognouerint, & fidem magna voce confiteantur: quia nondum locupletati Spiritu ſancto, qui non habitat niſi in eis qui baptiſmate conſummati ſunt. Vnde cùm baptiſmũ receperint, quia Spiritus ſanctus habitare in illis creditur, à tactu & communione ſalutaris Chriſti corporis non prohibentur.

7. Septimò: Veteres Chriſtiani magna cura vigilârunt, ne iſte panis cõſecratus in manus veniret Gentilium, nève calix Do-

mini

miſli effunderetur. Vnde Tarſitius martyriũ ſubijſſe legitur, quia quã gerebat, noluit proferre gentilibus Euchariſtiã. Dolenter item Chryſoſtomus * Innocentio Papæ conqueritur, de effuſo à militibus Chriſti ſanguine. Et Victor primo libro perſecutionis Vandalicę, capite tertio: Arriani, inquit, tempore quo ſacramenta Dei populo porrigebantur, introeuntes maximo cum furore corpus Chriſti & ſanguinem pauimento ſparſerunt, & illud pollutis pedibus calcauerũt. Baptiſmi autem non eam curam ab eis habitam fuiſſe, ſatis oſtendit, quòd ſępe in fluminibus eum celebraſſe leguntur: non curantes videlicet quò illa fluminis aqua, vnde baptiſmus peractus erat, flueret. Longè itaque aliter crediderunt corpus Chriſti eſſe ſub ſpecie panis, quàm in aqua Spiritum ſanctum, reipſa videlicet, non in ſigno tantùm.

In Bedæ martyrologio. 15. Auguſti.
* Apud Niceph. li. 13. c. 19
Act. 8. g
Beda lib. 2. cap. 14. hyſtor. anglor.

Octauò. Infideles & cathecumeni ad audiendum euangelium (in quo certè, ſine Chriſti paſsione vitam ęternam neminem conſequi poſſe, manifeſtatur) olim ſemper ab Eccleſia admiſsi ſunt: ad cõſpiciendam verò Euchariſtiam, nunquam. Ergo veteres chriſtiani aliter quã ſigno-tenus, crediderũt corpus domini eſſe in euchariſtia. alioqui

8. vide cap. 84. quarti concil. Carthag.

alioqui ſibi non conſtitiſſent, vetantes ſignum vnum obſcurum inſpici, aliud interim clarè proponentes. Non initiatis (ait Baſilius, de myſterijs eiuſmodi loquens) nec intueri fas eſt. Et Auguſtinus: Ipſis, ait, ſe credit Ieſus, qui nati fuerint denuo. Ecce illi crediderunt in eum, & Ieſus non ſe credebat eis. Tales ſunt omnes cathecumeni. ipſi iam credunt in nomine Chriſti, ſed Ieſus non ſe credit eis. Intendat & intelligat charitas veſtra. Si cathecumeno dixerimus: Credis in Chriſto? Reſpondet, credo: & ſignat ſe cruce Chriſti. portat in fronte, & non erubeſcit de cruce Domini ſui. Ecce, credit in nomine eius: interrogemus eum: Manducas carnem filij hominis, & bibis ſanguinem filij hominis? neſcit quid dicimus: quia Ieſus non ſe credidit ei. Rurſum: Notum eſt quid acceperint Iudæi, populus ille Iſraël: Notum eſt quid illis pluiſſet Deus de cœlo: & neſciunt cathecumeni quid accipiunt chriſtiani? Erubeſcant ergo quia neſciunt: tranſeant per mare rubrum, mãducent manna, vt quomodo crediderunt in nomine Ieſu, ſic ſeipſis credat Ieſus. Itẽ alibi: Et ſi, ait, cathecumenis ſacramenta fidelium nõ produntur, non ideò fit quòd ea ferre nõ poſſunt

(ſeũ,

cap. 27. li. de Spiritu ſ.

Tract. 11. in Ioan.

Eodem tractatu infrà.

Tract. 96

(ſeu,ne blaſphemēt)ſed vt ab eis tanto ardentiùs concupiſcantur, quāto honorabiliùs occultantur. Ex hac porrò eximia reuerētia, etiā prouénit, vt & ſcripturę parciùs de hoc myſterio loquerentur, & Veteres data opera illud celarēt, nec niſi obſcuris verbis inſinuarent. Quando enim Auguſtinus de eo loquitur, ea ferè ſemper vtitur deſcriptione: Sacramentum quod nôrunt fideles. De ciui. Dei lib. 10. c. 6. Sacramēto altaris, inquit, fidelibus noto etc. In Pſal. 39. Sacrificiū verum, ait, quod fideles nôrūt etc. Corpus quod nôſtis, quod nō omnes nôſtis: quod vtinam qui nôſtis omnes, non ad iudicium noueritis etc. & in Pſalmū 109. Fidelibus loquor, inquit, ſi quid non intelligunt cathecumeni, auferant pigritiam, feſtinent ad notitiam. Non ergo opus eſt myſteria promere. ſcripturæ vobis intiment quid eſt ſacerdotium ſecūdùm ordinē Melchizedech. Agnoſcunt (inquit Chryſoſtomus) quid loquor, qui ſunt diuinis cōſecrati myſterijs. Rurſum, ob eximiam eiuſmodi reuerentiam, quam Chriſtiani huic ſacramento deferebant, exiſtimârunt gentiles nonnulli, Chriſtianos Liberum & Cererem colere, propter panem & calicē, vt teſtis eſt Auguſt. Alij eis di-

Similia iuuenies apud Dionyſ. Areòpag. in li. de eccleſ. hier.

Ad verſum: Tu es ſacerdos etc. Itē in verſum Pſal. 21. Vota mea domi. etc.

Homi. de pro. Iudę

lib. 20. contra Fauſtū cap. 13 eis dicebant, Deum quaſi proprium vendicatis, & in locis abditis præſentē vos videre componitis (vt de Maximo Maudarenſi in epiſt. 43. apud Auguſtinum videre eſt.) Alij imponebant Chriſtianis, quòd humana carne veſcerentur, & Thyeſtæas cœnas præpararēt: vt author eſt Euſebius, hiſtoriæ lib. 5. cap. 1. Hæc falſa gētilium calumnia, & laborioſa illa anxiaq; Veterum obſeruatio, ſacramentiq; huius velut quędam velatio, clarè docēt in hoc ſacramēto plus eſſe, quàm ſignū dominici corporis. Nam ſatis apertè prædicârunt, etiam infidelibus, Chriſtum in carne mortuum, & ſine eo non eſſe ſalutem. Quapropter, nequaquam aliud merum eius rei ſignum, tanta veneratione proſequi, & cum vitæ ſuæ periculo abſcondere debuiſſent & voluiſſent.

9. Nonò. Olim cathecumenis dabatur cibus ſanctificatus, qui corpus Chriſti non erat. Sed ſi ideo euchariſtia dicitur corpus Chriſti, quia ſignum eſt corporis Chriſti: etiam ille panis cathecumenorum dici debuit Chriſti corpus. ſicut enim ſigno crucifixi ſignabantur, ita & ſignum corporis Chriſti eis tribui potuit. Cathecumenos, Lib. 2. de pec. mer. inquit Auguſtinus ſecundùm quendam

modum

modum ſuum per ſignum Chriſti & orationem manus impoſitionis puto ſanctificari: & quod accipiunt quanuis non ſit corpus Chriſti, ſanctum eſt tamen, & ſanctius quàm cibi quibus nos alimur, quoniam ſacramentum eſt.

& remiſ. cap. 26. Videatur de hac eadem re Greg. li. 4 dialog. cap. 55.

Tertia ratio, multas quoque partes complectens.

NVnc ex cõſecratione ipſius ſacramenti idipſum demonſtremus. Si nihil aliud ſit in euchariſtia, quàm analogia ſigni ad ſignatũ: cum in quouis pane, imò quolibet cibo & potu, hæc analogia per fidelem conſiderari poſsit ſine vllis verbis: ſicut ex ſole, luna, luce, leone, vitulo, agno, lapide, oſtio, arbore virente, vite, flore, multíſque & omnibus ferè rebus fides comparationem & analogiam cum Chriſto ſibi formare nouit: quemadmodum & ipſum Chriſtum & Apoſtolos feciſſe ex ſcripturis cõſtat: Certè nulla neceſſaria erit panis cõſecratio, nullis, inquã, verbis opus erit vt euchariſtiæ ſacramentum habeamus: ſed ſicuti ex quauis aqua, etiam ſi nulla omnino accedat eius conſecratio, poteſt fidelis vnus alterum baptizare, ita etiam poterit ex quouis pane, nulla

nulla benedictione præmiſſa, cõmunicari corpori domini. Sed qui hoc aſſerit, videlicet euchariſtiam fieri priuſquã euangelicis verbis benedicantur panis & vinũ, prorſus aduerſatur ſcripturis. Nam hanc conſecrationem panis & vini primus pro-
Mar. 14. tulit Chriſtus, ſicut Marcus oſtendit, dum nõ tantùm voce, Euchariſtiſas, (quę, Cum gratias egiſſet, ſignificat) vtitur, verũetiã voce, Eulogiſas, quæ idem eſt ac, Cum benedixiſſet: & ad panem refertur. Quem-
Matt. 14. admodùm & cùm multiplicaret paucos illos panes & piſciculos, benedixiſſe panibus & piſcibus legitur: & Lucæ vltimo, ſuis diſcipulis, dum in cœlum aſcenderet:
cap. 10. & apud Marcum, puerulis. Nos verò eius imitatione id quoque debere facere, conſtat tum ex Chriſti inſtitutione, dicentis:
Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem,
1 Cor. 10 tum ex Apoſtolo, qui ait: Calix benedictionis cui benedicimus, nónne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? Adde, etiam Veteres cõſtanter hoc docuiſſe: nimirum conſecratione atq; myſticis precibus opus eſſe, vt habeamus euchariſtiam. Sic enim
Irinæus Irinæus lib. 4. c. 34. eum panẽ in quo actæ ſunt gratiæ, docet eſſe corpus Chriſti. Et libro 5. ait: Quando mixtus calix & factus

panis

panis percipit verbum Dei, fit euchariſtia ſanguinis & corporis Chriſti. Martyr Iuſtinus ſimiliter dicit: Neque enim hæc, communé vſitatumq́; panem vſitatamq́; potionem capimus: ſed quemadmodùm per Dei verbum, homo factus Ieſus Chriſtus conſeruator noſter, & carnem & ſanguinem pro ſalute noſtra habuit: ſic etiam cibum, qui per preces ſermonis, quem ab eo accepimus, conſecratus eſt, & quo ſanguis carnéſque noſtræ, per tranſmutationem aluntur, Ieſu Chriſti, eius qui homo factus, & carnem & ſanguinem eſſe docti ſumus. Apoſtoli enim in commentarijs ſuis, quæ euangelia dicuntur, ita ſibi Chriſtum præcepiſſe tradiderunt, cum accepto pane, cum gratias egiſſet, dixiſſe: Hoc facite in mei memoriam, hoc eſt, corpus meum. dixiſſe etiam accepto poculo, cum gratias egiſſet: Hic eſt meus ſanguis: ſibiq́; ſolis dediſſe. Conſonat Hieronymus: Clerici, inquiens, apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore conficiunt. Idem alibi: Ad ſacerdotum preces, ait, Chriſti corpus ſanguíſque conficitur.

Iuſtinus

Epiſt. 1. tomo 1.

Epiſt. ad Euagriũ. tomo 2.

Ambroſius ſimiliter: Quòd ſi tantùm, inquit, valuit humana benedictio vt naturam conuerteret: quid dicimus de ipſa conſe-

Lib. de ijs qui myſter. initiãtur c. 9

conſecratione diuina, vbi verba ipſa domini Saluatoris operātur? Nam ſacramentum iſtud quod accipis, Chriſti ſermone conficitur. Quòd ſi tantum valuit ſermo Heliæ, vt ignem de cœlo deponeret, non valebit Chriſti ſermo, vt ſpecies mutet elementorum? De totius mundi operibus
Pſal. 148. legiſti: Quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe madauit, & creata ſunt. Sermo ergo Chri-
Geneſ. 1. ſti, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non poteſt ea quæ ſunt in id mutare quod non erant? Non enim minus eſt, nouas rebus dare quàm mutare naturas. Rurſum lib. 4. de ſacramentis. Tu, inquit,
Idē c. 4. fortè dicis: Meus panis eſt vſitatus. Sed panis iſte, panis eſt ante verba ſacramētorū, vbi acceſsit conſecratio, de pane fit caro Chriſti. Hoc igitur aſtruamus, quomodo poteſt qui panis eſt, corpus eſſe Chriſti, conſecratione. Conſecratio igitur quibus verbis eſt, & cuius ſermonibus? Domini Ieſu. Nam reliqua omnia quæ dicūtur, laus Deo defertur: oratione petitur pro populo, pro regibus, pro cęteris. Vbi venitur vt conficiatur venerabile ſacramentum, iam non ſuis ſermonibus Sacerdos, ſed vtitur ſermonibus Chriſti. Ergo ſermo Chriſti hoc conficit ſacramentum. Et breuiter

eiuſdem

eiuſdem libri cap.5. Antequam conſecretur, inquit, panis eſt: Vbi autẽ verba Chriſti acceſſerint, corpus eſt Chriſti. Et ante verba Chriſti, calix eſt vini & aquæ plenus: Vbi verba Chriſti operata fuerint, ibi ſanguis efficitur, qui plebem redemit. Nec minùs dilucidè libro quarto de fide, Caro mea verè eſt eſca, & ſanguis meus eſt potus, ait: Carnem audis, ſanguinẽ audis: mortis dominicæ ſacramenta cognoſcis, & diuinitati calumniaris? Audi ipſum dicentem: Quia ſpiritus carnem & oſſa non habet. Nos autem quotieſcunque ſacramenta ſumimus, quæ per ſacræ orationis myſterium in carnem transfigurantur & ſanguinem, mortem domini annunciamus. Conſonus eſt eis Auguſtinus, inquiẽs: Noſter panis & calix non quilibet quaſi propter Chriſtum in ſpicis & ſarmentis ligatum, ſicut illi (Manichæi) deſipiunt: ſed certa cõſecratione myſticus fit nobis, non naſcitur. Proinde quod non ita fit, quanuis ſit panis & calix, alimentum eſt refectionis, non ſacramentum religionis. Et alibi: Eligo, ait, in his verbis hoc intelligere, quod omnis vel penè omnis frequentat Eccleſia, vt precationes accipiamus dictas, quas facimus in celebratione ſacramen-

idem.

idẽ ca.5.

luc.24.

lib. 20. contra Fauſtum cap.13.

Quæſt.5. in epiſt. ad Paulinũ, quæ eſt 59.

torum, antequam illud quod eſt in domini mēſa, incipiat benedici: orationes, cum benedicitur & ſanctificatur, & ad diſtribuendum cōminuitur, quā totā petitionē ferè omnis eccleſia, etc. Similiter Chryſoſtomus: Non, inquit, homo eſt, qui propoſita in conſecratione mēſæ domini, corpus Chriſti facit et ſanguinem: ſed ille qui crucifixus eſt pro nobis Chriſtus. Sacerdotis ore verba proferūtur, & Dei virtute cōſecrantur & gratia: Hoc eſt, ait, corpus meū. hoc verbo propoſita cōſecrantur. Hęc ille.

Homi. de proditio. Iudæ.

Porrò, hoc idem argumentum etiam contra Brentium ita concludit: Si his verbis, Hoc eſt corpus meum: nō fieret tranſmutatio rei in rem, non eſſet in qualibet celebratione ea opus repetere, ſed ſufficeret palàm ſemel monuiſſe vel dixiſſe, quid in pane contineatur: quemadmodum de aqua baptiſmi ſat eſt, ſemel edoctum eſſe quid ipſa valeat, quídve ſignificet, nec vbi baptiſmus celebratur, hoc iterum cōmemorare vel repetere neceſſe eſt. Et ſanè rem ſic ſeſe habere, concedit Brentius. Verba eius ſunt: [Sumatur vaſculū vſitatum: & ſi euacuatū fuerit, iterū impleatur. Omne enim vinū quod in cœna dominica porrigitur & ſumitur, ſanctificatū eſt verbo do-

Fol. 839. in Apologia cōfeſ. Vvitenbergenſis.

bo domini in ſanguinē eius.] Sed quid his verbis Brētius agit, niſi vt ſe omniū Veterū aduerſariū & arrogantē aſpernatorem eſſe demonſtret: docendo ſine verbis conſecrationis ſanctificari calicē in ſanguinē?

Secundò, Benedictio Dei circa creaturā, creaturæ in melius mutationem deſignat. Benedicitur ab eo genus humanū, dū fœcunditate donatur: Benedicūtur panes & piſces, dū multiplicātur: Benedicūtur gentes in ſemine Abrahæ: dū Spiritum S. ſibi ꝑmiſſum accipiūt: Benedicūtur Apoſtoli, dum gaudio ex Chriſti glorificatione perfundūtur, & Spiritus S. expectatione eriguntur: Sicut è diuerſo, ficus, dū malediceretur, exaruit: & Iudæi, dum maledicūtur, Dei regnū amittūt. Igitur, dū panis in cœna à Chriſto benedicitur, eum in melius cōmutari non dubiū eſt. Vnde pulcherrimè Ambroſ: Quantis, inquit, vtimur exēplis, vt probemus nō hoc eſſe quod natura formauit, ſed quod benedictio cōſecrauit, maioréq; vim eſſe benedictionis quā naturæ, quia benedictione etiā natura ipſa mutatur? vbi noue propheticas mutationes enumerat Ambroſius: ac deinde aliquanto pòſt ſubdit: Aduertimus igitur maioris eſſe virtutis gratiā quàm naturā,

2 Geneſ. 1. Matt. 14. Act. 2. & Luc. 24. Act. 1. Act. 2. Mar. 11. Pſal. 68. Li. de ijs qui myſter. init. cap. 9. Idem.

& adhuc tamen propheticæ benedictionis numeramus gratiã. Quòd ſi tàntũ valuit humana benedictio, vt naturã cõuerteret, quid dicimus de ipſa cõſecratione diuina, vbi verba ipſa domini Saluatoris operantur? Nam ſacramẽtum iſtud quod accipis, Chriſti ſermone cõficitur. Quòd ſi tãtum valuit ſermo Heliæ, vt ignem de cœlo deponeret, nõ valebit Chriſti ſermo, vt ſpecies mutet elementorum? De totius mundi operibus legiſti: Quia ipſe dixit, & facta
Pſal.140. ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. Sermo ergo Chriſti qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non poteſt ea quæ ſunt in id mutare quod non erant? Non enim minus eſt, nouas rebus dare, quàm mutare naturas. Hæc Ambroſius. Quia verò in baptiſmo aquæ ſubſtãtia nõ mutatur, ideo à Chriſto benedicta nuſquam legitur: nec etiam, quò baptiſmus celebretur, vlla eius benedictione opus eſt. Quòd enim in Eccleſia conſecratur, fit magis ad ſignificandum, hominẽ ex aqua regeneratũ accipere Spiritũ ſanctũ, quàm vt eius aliqua mutatio fieri putetur, cùm prorſus nulla fiat.

Prætereà, etſi Chriſtus in omni munere, tam corporali, quàm ſpirituali, Deo Patri gratias egerit: euãgeliſtę nihilominus non deſcri-

deſcribũt eum gratias egiſſe, niſi vbi eum oſtendũt peculiare aliquod munus à Deo impetraſſe. Videlicet legitur gratias egiſſe in admirandis illis miraculis, cùm paucos panes & piſciculos ſatiandis turbis multiplicaſſet. Vbi quidem, etiã eſum dominici corporis præſignatum fuiſſe, nõ videbitur improbabile perſpicienti ſextum caput Ioannis. Quamobrem Ambroſius: Myſticum eſt, inquit, quod & manducans populus ſatiatur, & Apoſtoli miniſtrant. Nam & in ſatietate, repulſæ in perpetuum famis indiciũ deſignatur: quia non eſuriet qui acceperit cibum Chriſti: & in Apoſtolorum miniſterio, futura diuiſio dominici corporis ſanguiniſq; præmittitur. Egiſſe & tunc gratias legitur, cum Lazarum reſuſcitaret. rurſum, quãdo Apoſtolis humilibus reuelata ſunt myſteria redemptionis humanæ, ſuperbiſq; abſcondita: & accepto calice, ad vetus illud Paſcha cui finẽ deſiderabat imponere, pertinẽte, gratias egit: ob hoc nimirum, quia vetera tranſitura, & ventura fuerãt omnia noua. Poſtremò, in cõſecratione Euchariſtię: poſt cuius etiã cõſummationem, hymnum Deo patri cecinit: quod iterum feciſſe, alibi nuſquam inuenias. Quum ergo alibi gratiarũ actio,

Mat. 14.
In 9. cap. lucæ.
Ioan. 11.
Matth. 11.
Mar. 14.
Beda in lucam, & Hie. in Matth.

 ab euan-

ab euangeliſtis receſita, munus Dei ſingulare (ob quod gratias ageret) quiddamque magnũ deſignet, imò rerum commutationem in melius: cur nõ & hîc, quæ ſeorſum in pane, ſeorſum in calice facta eſt, & hymnus pòſt adiũctus eximium quiddã ſignificabunt, ac pluſquã grammaticũ & metonymicũ quid? In Geneſi legitur patriar-

Gen. 28. cha Iacob lapidem in titulum erexiſſe, ac ſuper illum oleum fudiſſe: vtiq; in ſignum lapidis angularis, præ reliquis Spiritu S. vncti: nulla tamen ſuper eiuſce ſigni erectione, vel præmiſſa vel ſubſecuta legitur gratiarũ actio. quin potiùs, ille ipſe lapis, pars erat gratiarũ actionis, velut ſi Iacob verbis ſuis gratias deo egiſſet. Si igitur nihil aliud hîc agebat Chriſtus, quã vt ſignũ aliquod nobis relinqueret, quale fideles aliũde quoq; ſibi formare poſſunt, nequaq̃ tam ſingulariter Deo patri gratias egiſſet: nec euangeliſtæ quoq; adeò ſedulò id velut magnum quid deſcripſiſſent.

3 Ad hæc, conſecrare debemus nõ ſolùm gratias agendo, ſed etiã orationẽ præmittendo. Ilud tantùm (inquit Auguſt.) dici-

lib. 3. de Trin. c. 4 mus Chriſti corpus, quod ex frugibus terræ acceptũ, & prece myſtica conſecratum ritè ſumimus ad ſpiritalẽ ſalutem. Et Ambroſius:

broſius: Sacraméta (ait) per ſacræ orationis myſteriũ, in carné tráſfigurãtur & ſanguiné. Et quid, quæſo, precamur: niſi vt operãte inuiſibiliter Spiritu ſancto, fiat nobis tá magnũ ſacramétũ (vt ibi loquitur Auguſt.) & vt Spiritus S: (* iuxta Baſilium, & Chryſoſtomum) tranſmutet propoſita dona? lib. 4. de fide c. 5. * In lyturgia. Hom. 83. in Matt.

4 Deinde, ſi conſideremus, quænam ſit panis & vini benedictio, facilè intelligemus eorum fieri tráſmutationé, & in quid fiat. Hoc eſt (inquit ipſa veritas) corpus meum, quod pro vobis tradetur. Et, Hic eſt ſanguis meus, qui pro multis effundetur. Ea népe eſt panis & vini benedictio: In qua clarè Saluator explicat, in quid panis mutetur, & in quid vinũ. Nam dixit: Hoc eſt corpus meum (inquit Chryſoſt.) & rem ſimul cum verbo perfecit. Et quia poteſtatem dedit Apoſtolis, eorumq; ſucceſſoribus id faciendi quod fecerat: etiam nos eiſdem verbis Chriſti pané tranſmutamus, ſeu potiùs ipſe Chriſtus, ſicut ait Chryſoſtomus. Nos miniſtrorum ordiné tenemus. Tráſmutat ea Chriſtus, dum Sacerdotis ore hæc verba proferũtur: Hoc eſt corpus meũ: &, Hic eſt ſanguis meus. Idipſum cum Chryſoſtomo aſſerunt Gre- Matt. 26. 1. Cor. 11. Hom. 51. in Matt. Hom. 83. in Matt. Hom. de proditio. Iudæ.

In ſer. 9. annexus eſt Liturgijs nuper emiſſis à Gẽtiano. Gregorius Niſſenus & Ambroſius. * Annotatq; diligenter Ambroſius, non Sacerdotis vel Euangeliſtæ verbis, ſed Chriſti fieri conſecrationem. Non ergo metonymicus eſt ſermo domini, ſed rerum, in quas profertur, mutatorius, cõuerſiuus, & efficaciter operatoriꝰ: vt dicũt Chryſoſtomus, Gregorius Niſſenus, Damaſcenus, Ambroſius, & Auguſtinus. Talis, inquam, eſt: quia mutatur panis in corpus Chriſti, & vinũ in eiuſdem ſanguinem, ſicuti mutabatur, cum adhuc mortalis eis nutriretur: vt affirmãt inter dictos doctores, Gregorius Niſſenus & Damaſcenus. Conuertitur panis in corpus Chriſti, ſicuti Dei gratia in regenerationis lauacro mutatur homo vetus in nouum, & vt mutata eſt natura aquarum, dum populus Iſraël per medium earum ſicco veſtigio tranſiuit, dũ Iordanis reuerſus eſt in fontis ſui exordium, dum Nilus conuerſus eſt in ſanguinem, dum ferrũ ſuper aquam natauit, dum ligno extincta eſt natiua aquæ amaritudo: rurſum, ſicut mutata eſt natura virgæ, dũ mutata eſt in ſerpentem, & viciſsim ſerpẽs in virgam: denique, ſicut mutata eſt natura generationis, vbi ſine viro ex virgine cõceptus & natus eſt Chriſtus.* Operatur

* lib. 4. de ſacra.

li. 4. c. 14

Ambr. c. 9. de myſter. init.

Exod. 14.

Ioſue 4.

Exod. 7.

4. Re 6.

Exod. 15.

Exod. 7

Matth. 1.

Cyril. l. 4

hîc

hîc ſermo Chriſti, ſicut Dei ſermo operatus eſt in principio: tunc quidem vt quæ non erāt,eſſent,quādo dixit,& facta ſunt, fiat lux,& facta eſt lux:hîc verò, vt ex eis quæ ſunt,aliud quid fiat. Operatur,inquā, hic ſermo Chriſti: Hoc eſt corpus meum, ſicut operatus eſt quando dixit: Creſcite & multiplicamini, & germinet terra herbam virentem. Quoniā ſicut illa vox quæ dixit: Creſcite & multiplicamini & replete terrā (inquit Chryſoſtomus) ſemel quidem dicta eſt, ſed omni tempore ſentit effectum ad generationem operāte natura: ita & vox illa: Hoc eſt corpus meum etc. ſemel quidē dicta eſt, ſed per omnes menſas eccleſię vſque ad hodiernam diem, & vſque ad eius aduentum præſtat ſacrificio firmitatem. Denique,ſicut per obumbrationem Spiritus ſancti Deus in vtero virginis homo factus eſt, & incomprehenſibiliter diuinitati cōiuncta eſt humana imbecillis ac miſera natura: ita per eiuſdem Spiritus virtutē, & Chriſti operatorium ſermonem, fit vt in corpus & ſanguinem Chriſti vertātur panis & vinū, ineffabiliterq; vniātur ſpecies panis & vini corpori & ſanguini Chriſti: ſicuti aſſerūt Iuſtinus, Damaſcenus loco citato, & Ambroſius libro

in Ioan. c.13. ſimilia habet.

Damaſc. li.4. c.14

Homi. de prodit. Iudæ.

libro 6.cap.1.de ſacramentis. Huius ergo ſententiæ: Hoc eſt corpus meum: ſenſus nõ eſt, Hoc eſt figura corporis mei: quemadmodum etiam cum Damaſceno rectè annotauit Theophilactus.

5 Si in hoc ſacramẽto nihilo plus mutationis cõtingeret circa panẽ, quàm circa ea elemẽta, quibus alia ſacramẽta cõficiũtur: cur non ſimpliciter in illis quoque ſacramẽtis ſimilia verba proferũtur, dũ ea celebrãtur, dicẽdo: Aqua eſt Spiritus ſanctus, Agnus eſt Chriſtus? niſi quia in eis, vbi nulla accidit ſubſtantiæ mutatio, clarè ad oculum cõſtat quidnam ſit terrenum elementũ vnde celebratur ſacramentũ, nẽpe, quid aqua ſit, quídve agnus. At in hoc ſacramento, quia mutantur panis & vinum in corpus & ſanguinem Chriſti (manente nihilominus elementi vtriuſq; ſpecie: vt dum ſub eis ſumitur corpus & ſanguis Chriſti, locum habeat fides, & viuifica caro & ſanguis ita percipiantur, vt nullus horror cruoris vel carnis ipſa ſumptione incutiatur: quemadmodùm perſpicuè docet Ambroſius, hoc dicto clarè oſtendens, corporaliter ſumi Chriſti carnem & ſanguinem) & panis ac vini ſpecies, quæ poſt conſecrationem ſunt reliquæ, prima facie

De ſacra. lib. 4. c. 4 & li. 6, c. 1

adhuc

adhuc adeſſe panem & vinum teſtari videntur: ideo inſtituit Chriſtus, vt hęc mutatio in ipſa celebratione ſacramenti explicaretur: ita vt verba illa, Hoc eſt corpus meum, &, Hic eſt ſanguis meus etc. non ſolùm efficiãt hanc mutationem, ſed etiam nobis ſignificent in quid ſit facta.

6 Sic accipienda ſunt illa Chriſti verba, Hoc eſt corpus meum etc. vt Apoſtoli ea accepêre in cœna. Illi autem ea in proprio ſenſu ac ſine metonymia intellexerunt. Nam cùm velut rei futuræ magnitudine eſſent attoniti, ex eo quod cœnæ agni paſchalis iam finita audierant: Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum: tũ quòd Chriſtũ vidiſſent magnificè gratias agentem Deo patri, audirentq; ſe ad manducãdum inuitari, quum tamen iam, etiã nõ inuitati, liberè cœnaſſent: & quia eis in mentem hæc quæſtio venire poterat: Quorſum iã nos ad eſum panis, ex quo quantum ſat eſt ſumpſimus, inuitas? omnis ſcrupulus tollitur, apertèque eis dicitur: Hoc eſt corpus meum. Ipſi ergo qui dominum audierant ibidem paulo antè dicentem: Panis quem ego dabo, caro mea Ioan. 6. eſt pro mundi vita: qui memores erant horum domini verborum: Omnia poſſi- Mar. 10. bilia

Mat.19. bilia ſunt apud Deum: &, Poſsibile eſt
Luc.1. apud Deum, vt camelus tranſeat per foramen acus: qui audierant à Deo patre ac à
Matt.3. Ioãne Baptiſta, imò ab ipſo Chriſto, quòd
Ioan.10. Chriſtus eſſet filius Dei naturalis, vnũ cũ patre, æqualis patri: (quæ proculdubio longè ſunt incredibiliora) Chriſti verbum in proprio ſenſu, abſque prouerbio, parabola vel figura acceperunt. alioquin, ſi vel ſuſpicio tropi eis fuiſſet, vel aliqua locutionis obſcuritas, indubiè audacter dominum conſuluiſſent, vt anteà frequenter
Matth.13 egerant, videlicet dicentes, Ediſſere nobis parabolam zizaniorum agri: & quando
Mat.15. dixerat dñs: Non quod intrat in os, coinquinat hominẽ: Ediſſere (inqebat Petrus, exiſtimãs parabolã eſſe) nobis parabolam
Luc.12. iſtã. & aliàs: Dñe ad nos dicis hãc parabolã,
Mat.19. an ad omnes? rurſum quando dñi ſententiam de indiſſolubilitate matrimonij audierant. Item quando audierat Petrus:
Ioan.13. Non potes me ſequi modò: cõfidẽter dicti
Ioan.14. cauſam petijt, & Philippus cupiuit oſtendi
Ibidem. ſibi Patrem. Thomas aperuit ignorantiam ſuam. Iudas Iacobi poſtulauit ſcire cauſam, cur Chriſtus mundo nollet ſeſe manifeſtare. Alij dixerunt: Neſcimus quid
Ioan.16. loquitur, dicens nimirum: Modicum, &

non

non videbitis me. Et volebant (inquit Euágeliſta) interrogare eum. Aliàs quidem, cùm dicentem ſe tradendum non intelligerent, timuerunt eum interrogare (memores videlicet, quomodo olim Petrus, dum ſimili de re dominũ monuiſſet, ab ipſo etiam diſcipulos omnes aſpiciente, acriter fuiſſet increpatus) ſed nunc, nempe vltima huius vitæ cæna, alia erat ratio ob quam potuiſſent & debuiſſent eum interrogare, ſi quid dubij in verbis eius ſubortum fuiſſet, vbi ſcilicet omnem erga eos charitaté declarabat, vbi ipſi eum de omnibus liberrimè interrogabant. Vnde ſcribit Ioãnes, poſt reſurrectionem neminem eum interrogaſſe quis eſſet, quia ſciebant dominum eſſe. Præclarè itaq; Chryſoſtomus: Præcipuam (inquit) ſolénitatem eorum diſſoluit (qua nimirum quot-annis comedebãt agnum paſchalem) & ad aliam eos menſam horroris plenam conuocans dicit: Accipite, & comedite: Hoc eſt corpus meum, quod pro multis frangetur in remiſsionem peccatorum. Quomodo turbati nõ fuerunt quum hoc audiſſent? quia multa iã, & magna de hoc anteà diſſeruit. Quapropter nec illud quod iam crebrò perceperant confirmauit, ſed paſsionis cauſam

Mar. 9. Mar. 8. Ioan. 13. Ioan. 16. Ioan. 21. Hom. 83. in Matt. Mat. 26.

cauſam peccatorum eſſe remiſsionem expoſuit, & noui teſtamenti ſanguinē vocauit, hoc eſt, pollicitationis & promiſsionis legis nouę. Hæc enim rurſus pollicitus eſt, & teſtamentum nouum hoc ipſum confirmat. & quemadmodùm vetus pecudes & vitulos habebat, eodem modo nouum dominicum poſsidet ſanguinem. Rurſum paulo infrà: Ipſe quoq; bibit ex eo, ne auditis verbis illis dicerent: Quid igitur ſanguinem bibimus & carnem comedimus? ac ideo perturbarentur. Nam & quando priùs de his verba fecit, multi ſolùmmodò propter verba ſcandalum paſsi ſunt. Ne igitur tunc id quoque accideret, primus ipſe hoc fecit, vt tranquillo animo ad cõmunicationem myſteriorum induceret. Similiter Cyrillus, agens de Iudæis dicentibus: Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? Oportebat (inquit) fidei primùm radices in animo iacere, deinde illa quærere, quæ homini quęrenda ſunt. Illi verò, antequam crederent, importunè quærebant. Hac igitur de cauſa Dominus, quomodo id fieri poſſit non enodauit, ſed fide id quærendum hortatur. Sic credentibus diſcipulis fragmenta panis dedit, dicens: Accipite, & mandu-

Idem.

Cap. 14. lib. 4. in Ioãnem.

manducate:Hoc eſt corpus meũ. Calicem etiam ſimiliter circuntulit dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic eſt calix ſanguinis mei, qui pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum. Perſpicis, quia ſine fide quærentibus, myſterij modum nequaquam explanauit: credentibus autem, etiam non quærentibus expoſuit. Hæc Cyrillus.

Paulus Apoſtolus, qui in cœna quidem non fuerat, ſed quid in ea geſtum fuerat, à dño audierat, hiſtoriã hanc narraturus, ait: Ego accepi à dño quod & tradidi vobis: hoc veluti procemio authoritatem ipſi hiſtoriæ afferens, vtpote in qua videbat narrari nõ grammaticas locutiones, nõ inſtitutionem meri alicuius ſigni, quale poteſt quilibet in ſui memoriã ordinare, ſed rem planè diuinã, quæq; omnẽ humani ingenij captum ſuperaret: rem (inquã) quæ fidem mereri nõ poſſet, niſi Chriſti authoritate traderetur. Et quorſum, obſecro, commemorat Corinthijs qd priùs eis de hac cœna tradiderit, niſi vt cogitarent ad ipſam cõſecrationem verè adeſſe Chriſti corpus, ac ſermonẽ verũ eſſe proprio ſenſu ſumptũ? 7 1. Cor. 11.

Iam nec illud prætereundum eſt, quod diligenter ipſe Auguſtinus annotauit, vbi de euchariſtia ait: Saluator, quò vehementiùs com- 8 Epiſt. 118 cap. 6.

tiùs commendaret myſterij illius altitudinem, vltimũ hoc voluit infigere cordibus & memoriæ diſcipulorũ, à quibus ad paſſionem digreſſurus erat. Nam ſi duntaxat ſignum corporis & ſanguinis ſui (quod volũt Caluiniani) in euchariſtia relinqueret Dominus: hocne tantum eſſet, vt vltimum deberet infigi cordibus & memoriæ diſcipulorũ, etc? quid amplius in hoc myſterio cõmendaretur, quod vltimũ ſeruari deceret & memoriæ commendari, quàm in baptiſmo, in quo configuramur morti, ſepulturæ & reſurrectioni Chriſti? E diuerſo verò, ſi ipſum Chriſtum hîc corporaliter nobis relictum intelligas: (vt certè relinquitur) profectò iã & hoc cognoſcis, cur vltimò reſeruauerit, cur Paſchalẽ agnum veterem abolẽdum prius dixerit, & deinde myſteriũ iſtud inſtituerit. Verbis igitur Epiphanij & Chryſoſ. cõcludamus quod ad hanc rem de verbis cõſecrationis

Epiphanius in Ancoratu.

hactenus diximus. Verus eſt (inquit ille) qui cum gratia id quod eſt ſecundũ imaginẽ, homini largitus eſt. Et quot ſunt quæ ſimilia ſunt? (hoc eſt, quæ vera ſunt, & tamen à nobis non intelliguntur.) Videmus enim quod accepit Saluator in manus ſuas (veluti euangelium habet) quòd ſurrexit in cœna

in cœna,& accepit hæc,& vbi gratias egiſſet dixit,Hoc meum eſt, hoc & hoc.Et videmus quòd non æquale eſt , neq; ſimile, non imagini in carne,non inuiſibili deitati,nõ liniamentis membrorum. Hoc enim eſt rotundæ formæ,& inſenſibile, quãtum ad potentiam.Et voluit per gratiã dicere: Hoc hoc meum eſt, hoc & hoc:& nemo non fidem habet ſermoni . Qui enim non credit eſſe ipſum verum ſicut dixit , is excidit à gratia & ſalute. Quod autem audiuimus,id credimus quòd eſt ipſius.Dominum verò noſtrum nouimus totum ſenſum,totum ſenſitiuum,totum Deum, totum mouẽtem, totum operantem,totum lucem,totum incomprehẽſibilem: ſed qui cum gratia hoc nobis largitus eſt. Hæc Epiphanius. Chryſoſtomus:Audiamus, inquit,& credamus vbique Deo , nec repugnemus ei , etiã ſi ſenſui & cogitationi noſtræ abſurdum eſſe videatur quod dicit,ſuperet & ſenſum & rationẽ noſtram: quod in omnibus,et pręcipuè in myſterijs faciamus,non illa quæ ante nos iacent ſolummodò aſpicientes , ſed verba quoque eius tenentes.Nam verbis eius defraudari non poſſumus,ſenſus verò noſter deceptu facillimus eſt : illa falſa eſſe non poſſunt,

Excipiũtur perfidi Caluiniani.

Hom.83. in Matt.

hic ſæpius atque ſæpius fallitur. Quoniam
Matt. 26. ergo ille dixit: Hoc eſt corpus meum, nul-
Mar. 14. la teneamur ambiguitate, ſed credamus,
Luc. 22. & oculis intellectus id perſpiciamus. Nihil
enim ſenſibile traditum à Chriſto, ſed re-
bus ſenſibilibus: omnia verò quæ tradidit,
inſenſibilia ſunt. Hæc ille.

Quarta ratio: quæ etiam eſt multimembris.

ORdine, ex eis quæ in ſcriptura
de eſu & potu euchariſtiæ di-
cuntur, inſtitutum noſtrum
1 cõprobemus. Inprimis pro-
nũciat Apoſtolus, quòd illud
Epheſ. 5. verbũ Adæ de carnali cõmixtione: Erunt
Geneſ. 2. duo in carne vna, pertinet ad Chriſtum
& Eccleſiá: quòdq; corpora noſtra mem-
bra ſunt Chriſti, vt mariti corpus ſit vxo-
ris, & ſcortatoris, ipſius meretricis. Vnde
clarè cõſequitur, corporaliter carnẽ Chri-
ſti noſtrę carni cõiungi, vt ſolet mariti ca-
ro carni vxoris. Hoc autem nõ fit niſi per
eſum. Neceſſe ergo eſt, vt verè & corpora-
liter Chriſti carnem edamus. Tanti por-
rò fecêre Veteres hanc ſcripturę Pauli ex-
poſitionem, & per eſum euchariſtiæ con-
iunctionem noſtri cum carne Chriſti, vt
inde velut ex certiſsimo dogmate, ſtatue-
rint

rint alia controuerſa dogmata. exẽpli gratia, contra negantes carnis noſtræ reſurrectionẽ, iudicârũt non poſſe illã carnem in morte remanere, quæ corpore ac ſanguine Chriſti iam immortalis, quondam fuerit iure nutrita. Quæ connexio nullius ſanè eſt momenti, ſi (quod vult Caluinus) tantùm ſignificetur per panem Chriſti caro, & per panis eſum animã noſtrã Chriſti carne in cœlo exiſtente veſci. Reſpondebunt enim Valentinus, Marcion, cæteræq́; peſtes reſurrectionem carnis negãtes: Fatemur humanam carnẽ ali ſigno corporis Chriſti, ſed, ad deſignandũ animam paſci à Chriſto, nõ carnem. Irinæi verba quum plurima ſint, pauca ſeligemus. Vani ſunt omnes, inquit, qui carnis ſalutem negãt, & regenerationẽ eius ſpernunt, dicẽtes non eam capacẽ eſſe incorruptibilitatis. Sic autem, ſecũdùm hæc videlicet, nec Dominus ſanguine ſuo redemit nos, neque calix euchariſtiæ communicatio ſanguinis eius, neque panis quem frangimus communicatio corporis eius eſt. Sanguis enim non eſt, niſi à venis & carnibus, & à reliquã quæ eſt ſecundùm hominẽ ſubſtantia, quã verè factum Verbum Dei, ſanguine ſuo redemit nos. Quemadmodum & Apoſtolus eius

Lib. 5. aduerſus Hæreſes.

1. Cor. 10

Epheſ.1. Ius eius ait: In quo habemus redemptionem per ſanguiné eius,& remiſsioné peccatorum: & quoniá membra eius ſumus.
Ibidem. Et paulò infrà: Quomodo carné negát capacé eſſe donationis Dei, qui eſt vita æterna, quę ſanguine & corpore Chriſti nutritur, & mébrum eius: quéadmodú & Apoſtolus ait, in ea quæ eſt ad Epheſ. epiſtola,
Epheſ. 5. Quoniá membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſsibus eius: nó de ſpiritali aliquo & inuiſibili homine dicens hæc,
luc.24. Spiritus enim neq; oſſa neq; carnes habet: ſed de ea diſpoſitione quę eſt ſecundú hominem, quæ ex carne, & neruis, & oſsibus conſiſtit, quæ de calice qui eſt ſanguis eius nutritur, & de pane qui eſt corpus eius augetur. Item alibi: Quomodo, inquit, dicunt carné in corruptioné venire & non percipere vitam, quæ à corpore & ſanguine domini alitur? Ergo aut ſentétiam mutent, aut abſtineant offerendo quæ prædicta ſunt. Noſtra autem conſonans eſt ſentétia euchariſtię, & euchariſtia rurſus confirmat ſententiam noſtrá. Hæc Irinæus.

Li.4.c.35

Sicut autem hinc probârunt Veteres, carnem hominis reſurrecturam: ita & quòd
Ignati'. Chriſtus aſſumpſit veram carné. Ignatius in epiſtola ad Smyrnenſes, à Theodoreto

in dia-

in dialogo tertio citatus: Euchariſtias, inquit, & oblationes non admittunt, quòd non cõfiteantur euchariſtiam eſſe carnem Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quæ pro peccatis noſtris paſſa eſt, quam Pater ſua benignitate ſuſcitauit. Itẽ Amphylochius, ſecũdo dialogo eiuſdem: Chriſtus, inquit, ante paſsionem non intrauit portis clauſis, ne exiſtimares viſionem aut apparentiam eſſe œconomiã, nec putares eſſe ſpiritalem Chriſti carnem, nec ex cœlis deſcendiſſe, nec alius eſſe ſubſtantiæ quàm ſit noſtra caro. Hæc enim omnia nonnulli viſione & imaginatione cõcipientes, & per hæc ſe Dominum magnificare putantes, non aduertunt ſe per ipſam euchariſtiam blaſphemare, & falſi veritatem accuſare. Leo quoque, ſermone 6. de ieiunio ſeptimi menſis: Dicente domino, inquit, Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, nõ habebitis vitam in vobis: ſic ſacræ menſæ cõmunicare debetis, vt nihil prorſus de veritate corporis & ſanguinis Chriſti ambigatis. Hoc enim ore ſumitur, quod fide creditur: & fruſtra ab illis Amen reſpondetur, à quibus contra id quod accipitur diſputatur.

Amphylochius.

Leo.

Ioan. 6.

En quomodo ex eo quòd in euchari-

ſtia verè ſumitur ore Chriſti caro, ſiue quòd euchariſtia eſt Chriſti caro, paſſa & ſuſcitata, cõfutârũt Veteres eos qui Chriſtum carnem noſtræ carni conſubſtantialem aſſumpſiſſe negabant. Hinc ſimiliter Cyrillus Arrianos conuincit: qui tantùm voluntatis vnitatem, inter Deum Patrem & Filium ſtatuebant: vt quemadmodùm duo homines vnũ dicuntur quorũ vna eſt volũtas, ita Pater & Filius vnũ dicerentur, per voluntatem, nõ per naturam eandem: Ex dictis, inquam, Pauli, & eſu dominicæ carnis eos conuincit, inde oſtendens, nos dum Chriſti corpus ſumimus, non voluntate tantùm, verùmetiam corporaliter ei iungi, in illud Ioannis: Ego ſum vitis etc. Non negamus, inquit, recta nos fide charitateq; ſyncera Chriſto ſpiritaliter cõiungi: ſed nullam nobis coniunctionis rationẽ ſecũdũ carnẽ cũ illo eſſe, id profectò pernegamus, idque à diuinis ſcripturis omnino alienum dicimus. Quis enim dubitauit, Chriſtum etiam ſic vitem eſſe, nos verò palmites, qui vitam inde nobis acquirimus? Audi Paulum dicentem: Quia omnes vnum corpus ſumus in Chriſto. quia etſi multi ſumus, vnum tamen in eo ſumus. Omnes enim vno pane partici-

Ioan. 15.
lib. 10. in Ioãnem.
1. cor. 10.

participamus. An fortaſsis putat ignotam nobis myſticæ benedictionis virtutem eſſe? quę cùm in nobis fiat, nonne corporaliter quoq; facit, cõmunicatione carnis Chriſti Chriſtũ in nobis habitare? Cur enim membra fidelium membra Chriſti ſunt? Neſcitis, inquit, quia membra veſtra membra ſunt Chriſti? mẽbra igitur Chriſti meretricis faciam membra? abſit. Saluator etiam: Qui manducat meã carnem, ait, & bibit ſanguinem meum, in me manet & ego in eo. Vnde conſiderandum eſt, non habitudine ſolùm (quæ per charitatem intelligitur) Chriſtũ in nobis eſſe, verùmetiam & participatione naturali. Nam quemadmodum ſi quis igne liquefactam ceram alij ceræ ſimiliter liquefactæ ita miſcuerit, vt vnum quid ex vtriſq; factũ videatur: ſic cõmunicatione corporis & ſanguinis Chriſti, ipſe in nobis eſt, & nos in ipſo. Nõ poterat enĩ aliter corruptibilis hæc natura corporis ad incorruptibilitatem & vitam traduci, niſi naturalis vitæ corpus ei coniungeretur. Non credis mihi hæc dicẽti? Chriſto, te obſecro, fidem præbe. Amen amen dico vobis, inquit, niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis ſanguinem eius, nõ habebitis vi-

1. Cor. 6.

Ioan. 6.

Ioan. 6.

tam in vobis. Qui manducat carnẽ meam, & bibit ſanguinem meum, habet vitam æternam; & ego ſuſcitabo eum in nouiſsimo die. Audis apertè clamantem, non habituros nos vitam, niſi ſanguinem eius biberimus, & carnem manducauerimus. In vobis autẽ ipſis dicit, id eſt, in corpore veſtro. Vita autem iure, ipſa vitæ caro intelligi poteſt. Hæc enim nos in nouiſsimo die ſuſcitat. Similia ſunt quæ dicit in illud: Non pro his tantùm rogo, ſed etiam pro eis qui credituri ſunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum ſint, ſicut tu Pater in me etc. Vt, inquit, inter nos & Deũ ſingulos vniret, quanuis corpore ſimul & anima diſtemus, modum tamẽ adinuenit, conſilio patris & ſapiẽtię ſuæ congruentem. Suo enim corpore credẽtes per communionem myſticam benedicens, & ſecum & inter nos vnum nos corpus efficit. Quis enim eos qui vnius ſancti corporis vnione in vno Chriſto vniti ſunt, ab hac naturali vnione alienos putabit? Nam ſi omnes vnum panem manducamus, vnũ omnes corpus efficimur: Diuidi enim atq; ſeiungi Chriſtus nõ patitur. Idcircò etiam eccleſia corpus Chriſti facta eſt, & nos ſinguli membra Chriſti, ſecundùm Paulum.

Ioan. 17.

Lib. 11. in Ioan.

Nota.

Epheſ. 5.

Vni

Vni enim Chriſto per corpus ſuum coniuncti: quoniam in nobis illum, qui eſt indiuiſibilis, accepimus: ipſi potiùs quàm nobis membra noſtra accommodantur. Deniq;, lib. 4. cap. 16: Non, inquit, hominis ſimpliciter ſanguis eſt, ſed eius qui naturali vitæ coniunctus, vita effectus eſt. Propterea corpus & membra Chriſti ſumus, quia per hanc benedictionem myſterij ipſum filium Dei ſuſcipimus. Et in capite ſequenti: Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicuti enim ſi quis liquefactæ ceræ aliam cerã infuderit, alterã cũ altera per totũ cõmiſceat neceſſe eſt: ita neceſſe eſt, ſi quis carnẽ & ſanguinẽ Domini recipit, cum ipſo ita coniungatur, vt Chriſtus in ipſo, & ipſe in Chriſto inueniatur. Simile quodammodo apud Matthęũ comperies: Simile eſt, inquit, regnũ cœlorum fermento, quod acceptum abſcondit mulier in farinæ ſatis tribus. Quid igitur fœmina ſit, & quæ ſatorum trinitas, aut omnino ſatum quid ſit, loco ſuo dicetur. Nũc autem de fermento ſolùm dicamus: Sicut parum, vt Paulus ait, fermẽti totam maſſam fermentat: ſic paruula benedictio totum hominem in ſeipſum attrahit, & ſua gratia

In 6. cap. Ioan.

Matt. 13.

1. Cor. 5.

gratia replet:& hoc modo in nobis Chriſtus manet & nos in Chriſto. Verè enim totum fermentum in totam maſſam pertranſit. Arrianos & Hilarius itidem debellauit. Sic enim lib. 8. de Trinitate ſcribit: Eos nunc qui inter Patrem & Filium voluntatis ingerunt vnitatem, interrogo, vtrúmne per naturæ veritatē hodie Chriſtus in nobis ſit, an per cōcordiam voluntatis? Si enim verè Verbum caro factū eſt, & nos verè Verbum carnem cibo dominico ſumimus: quomodo non naturaliter manere in nobis exiſtimandus eſt, qui & naturam carnis noſtræ iam inſeparabilem ſibi homo natus aſſumpſit, & naturā carnis ſuæ ad naturam æternitatis ſub ſacramento nobis communicandæ carnis admiſcuit? Ita enim vnū omnes ſumus: quia & in Chriſto pater eſt, & Chriſtus in nobis eſt. Quiſquis ergo naturaliter patrem in Chriſto negàbit, neget priùs non naturaliter vel ſe in Chriſto, vel Chriſtum ſibi ineſſe: quia in Chriſto pater, & Chriſtus in nobis, vnum in his eſſe nos faciunt. Si verè igitur carnem corporis noſtri Chriſtus aſſumpſit, & verè homo ille, qui ex Maria natus fuit, Chriſtus eſt, nóſque verè ſub myſterio carnem corporis ſui ſumimus, & per

Tractat hoc: Vt vnū ſint omnes, etc.

per hoc vnum erimus,quia pater in eo eſt,
& ille in nobis:quomodo voluntatis vni-
tas aſſeritur,cùm naturalis per ſacramen-
tum proprietas,perfectæ ſacramentum ſit
vnitatis?Non eſt humano aut ſeculi ſenſu
in Dei rebus loquendum: neque per vio-
lentam atque impudenté prædicationem,
cœleſtium dictorum ſanitati, alienæ atque
impiæ intelligentiæ extorquenda peruer-
ſitas eſt. Similiter & Chryſoſtomus ſcri- Hom. 45 in Ioan.
pturam quæ ad Epheſ. 5.eſt, tractat: Ne-
ceſſariò,inquiens, dicendum,quàm admi-
randa myſteria,& cur data ſunt, & quænã
eorum vtilitas. Vnum corpus ſumus,&
membra ex carne & oſsibus eius. Quarè
initiati eius præceptis parére debent. Vt
autem non ſolùm per dilectionem, ſed
reipſa in illam carnem conuertamur,
per cibum id efficitur, quem nobis lar-
gitus eſt. Cùm enim ſuum in nos amo-
rem indicare vellet, per corpus ſuum ſe
nobis commiſcuit, & in vnum nobiſcum
redegit, vt corpus cum capite vniretur.
Hoc enim amantium maximè eſt. Hoc
Iob ſignificabat de ſeruis, à quibus maxi-
mè amabatur,qui ſuum amorem prę ſe fe-
rentes,dicebant:Quis daret nobis, vt eius Iob 31.
carnibus impleremur? quod Chriſtus
fecit,

ſecit, vt maiori nos charitate aſtringeret, & vt ſuum in nos oſtenderet deſiderium, non ſe tantùm videri permittens deſiderantibus, ſed & tangi, & mãducari, & dẽtes carni ſuæ infigi, & deſiderio ſui omnes impleri. Ab illa igitur mẽſa tanquam leones ignem ſpirãtes ſurgamus diabolo formidoloſi, & caput noſtrum intelligamus, & quam in nos prę ſe tulit charitatem. Parentes ſæpenumero liberos ſuos alijs alendos dederũt, ego autem mea carne alo, me his exhibeo, omnibus faueo, omnibus optimam de futuris ſpẽ præbeo. Qui in hac vita ita ſe nobis exhibet, multò magis in futura. Veſter ego frater eſſe volui, & cõmunicaui carnem propter vos & ſanguinem: & per quæ vobis coniunctus ſum, ea rurſus vobis exhibui. Hæc ille.

Ecce, ſcriptura apoſtolica, tradẽs grande myſteriũ, quomodo vna caro cum Chriſto ſimus. ecce doctores (locis & temporibus diuerſis florentes) apertè tradentes, quid ſenſerit ſui temporis Eccleſia. ecce quid liberrimè docebant oues ſuas, ſiue contra hæreticos eas munientes (videlicet Ignatius, Irinæus, Hilarius, Amphylochius, Theodoretus, Cyrillus) ſiue eas ſimpliciter docentes: vt Chryſoſtomus.

Sic

Sic Haymo: Quoniam, inquit, vnus panis, ſcilicet Chriſti, & vnum corpus Chriſti multi ſumus, qui comedimus illũ panem: caro quam verbum Dei patris aſſumpſit in vtero virginali in vnitate ſuæ perſonæ, & panis qui cõſecratur in Eccleſia, vnum corpus Chriſti ſunt. Sicut enim illa caro corpus Chriſti eſt, ita iſte panis tranſit in corpus Chriſti: nec ſunt duo corpora, ſed vnum corpus. Diuinitatis enim plenitudo quæ fuit in illo, replet & iſtum panem, & ipſa diuinitas Verbi quæ implet cœlũ, terram, & omnia quæ in eis ſunt, ipſa replet corpus Chriſti, quod à multis ſacerdotibus per vniuerſum orbem ſanctificatur: & facit vnum corpus Chriſti eſſe. Et ſicut ille panis & ſanguis in corpus Chriſti trãſeunt: ita omnes qui in Eccleſia dignè comedunt illud, vnum corpus ſunt. ſicut ipſe dicit: Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Tamẽ illa caro quam aſſumpſit, & iſte panis omniſq; Eccleſia, non faciunt tria corpora Chriſti, ſed vnum corpus. Et ſicut qui corpori & ſanguini domini cõmunicant, vnum corpus cum eo efficiuntur: ſic & qui cõmunicant ſcienter de idolothytis, vnum cum diabolo corpus exiſtunt

In 10. ca. 1. ad Cor.

Ioan. 6.

ſtunt, omnéſque qui de vno pane, id eſt, de vno corpore Chriſti, & de eodem vno calice ſiue ſanguine participamus, id eſt, partes accipimus, vnum corpus Chriſti efficimur. Hæc Haymo.

Vt verò penitiùs introſpiciatur ſententia Cyrilli atq; Haymonis, aduertẽdum eſt exemplum cõiugum vel ſcortatorũ, quos ſcriptura aſſerit effici vnum corpus, ſiue vnam carnem, ob corporum commixtionem. Cùm igitur maior ſit vnio cibi & eo veſcentis, quàm eorum qui ad generationem commiſcentur, facilè liquet, quomodo homo per eſum Euchariſtiæ fiat vnum corpus cum Chriſto: potiore ſcilicet ratione, quàm vxor cùm marito vna caro efficitur. Quæcunq; autem vni tertio cõiunguntur, & cum eo vnũ fiũt, inter ſe etiam vniri neceſſe eſt. Ideoque omnes fideles vnum corpus Chriſti ſumẽtes, inter ſe ex hoc vnum fiunt. Quamobrem non eſt illa obiectio formidãda: Corpus Criſti traditum eſt pro Eccleſia: Eccleſia autem nõ eſt pro ſe tradita: igitur Eccleſia non eſt corpus Chriſti. Hic enim ſyllogiſmus certiſsimus eſt, ſi vtrũq;, Eccleſia et corpus Chriſti, ſeorſim conſideretur. quomodo & argumẽtari poſsis: Corpus viri eſt ſexus virilis,

Obiectio

rilis, vxoris autē fœminei: igitur vxor ad corpus viri non pertinet. Vera enim ſunt hæc omnia, dum corpora coniugū ſeorſim & ſecundū ſe accipiuntur. Cæterùm, dum expenditur ipſa corporum cōmixtio, iam verum eſt, quòd vna caro ſunt. Sic igitur dum Eccleſia Chriſti corpus ſumit, fiunt Chriſtus & eccleſia vna caro: quia ſibi etiā corporaliter coniunguntur. Non igitur Hilarius, Cyrillus, Chryſoſtomus, Haymo ſentiunt corpus Chriſti mutari in noſtrum corpus, aut contrà, noſtrum corpus mutari in Chriſti corpus: aut vnum numero cum illo eſſe, ſicut eſt vna natura diuina in tribus perſonis: aut nos vnam perſonā cum Chriſto cōſtituere: ſed ſentiunt nos copulari atq; corporaliter Chriſti carni cōiungi: ita vt copulatione naturarum corporali rectè vnū dicamur, ſicut vnum dicuntur naturali cōiunctione, quę in pharmacis cōiungūtur: ſicut vnum dicūtur ligna ſibi clauis cōiuncta: & vt cera papyro impreſſa & ipſa papyrus, vnū cōſtituunt: & (vt ſcripturarum exemplū adhibeamus) ſicuti maritus & vxor vna caro ſunt. quæ ſimilitudo eſt Apoſtoli, in epiſtola priore ad Corinthios, & in epiſtola 1. Cor. 6.
ad Epheſios: eamq́ue Patres ex Apoſto- Epheſ. 5.
lo in

lo in hac re adhibent. ad quam ſi nos quoque ſemper collimemus, non offendemur ex ſermonibus Patrũ. Sicut enim
Matt.19. (Chriſto teſte) coniuges ſunt vna caro, idq́; interprete Paulo, ob cõmixtionem: & illi quidem iure, non facto, qui commixti ſibi non ſunt: iure autem & facto, qui legitimè ſibi mutuò commixti ſunt: Ita etiam non facto, ſed iure vña caro cum Chriſto ſunt, qui renati in eo, nondum Euchariſtiæ facti ſunt participes: iure autem & facto pij, qui Euchariſtiæ participes ſunt. Et ſicut coniuges vna caro permanent, etſi non ſemper ſibi commiſceantur: ita etiam vna caro cum Chriſto ſunt, qui non ſemper communicant, & in quibus Chriſtus corporaliter non ſemper manet. Sicut autem vxor caro viri efficitur, & in eam tranſire dicitur per commixtionem, & maritus eius membrum fieri: ita & nos per eſum Euchariſtię membra Chriſti fieri dicimur, & in eius carnẽ tranſire, atq; reipſa conuerti. Deniq;, ſicuti quidam per commixtionem, facto, non iure, fiunt vna caro (vt quãdo aliquis vi opprimit per ſcortationem virginem) ita impij in Chriſti corpus irruentes, corpori Chriſti vniuntur facti violentia, non iure. Quòd verò

quidam

quidam nugatur, eo ſenſu dici, virum & vxorem eſſe vnam carnem, quia ad vnam prolẽ generandam conueniunt, non quaſi ex hoc vna caro dicendi ſint: neque interpretationi Domini conuenit, qui ex illis verbis, Erũt duo in carne vna, infert: Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro: neq; Apoſtoli interpretationi, qui per eadem verba Geneſios probat ſcortatorem fieri membrum meretricis, & vnum cum ea corpus effici. Mat.19. 1.cor.6.

Quid ad hæc ergo aduerſarij? Caluinus cùm alibi metonymiæ tropo ſcripturam & aliorum Veterum dicta peruertat, hîc ad alium tropum confugit, præſertim in Cyrilli & Hilarij dictis, nimirum eis hyperbolen affingens. O troporum amatorem, ô veterum Doctorum inſignem interpretẽ. Hilarius ſcilicet & Cyrillus manifeſtè falſa multis verbis obijciebant Arrianis: & hactenus nemo Arrianorum vel Catholicorũ ea potuit vel auſus fuit reijcere, niſi iam ſerò prodiens Caluinus: qui neſcio qua fictitia hyperbole introducta, propugnatores fidei armis ſpoliat, & Arrianos quaſi iniuſtè proſtratos, quadã ratione denuo reſuſcitat. Si vel Mahometiſta grammaticus quiſpiam pro tribunali In admonit. Weſtph.

medius inter nos iudex ſederet: certè Caluinus aut Grammatices ignarus, aut contra veritatẽ merus tergiuerſator (ne quid dicam grauius) ab eo pronunciaretur.

Petrus autem non Martyr, ſed Pſeudomartyr, vt hoc argumẽtum è verbis Hilarij petitum eneruet, dicit eundẽ Hilarium ſuprà dicere, nos eſſe vnũ natura per baptiſma, per fidem, per honorẽ nobis à Chriſto communicatum. [Sic, inquit, naturaliter in nobis Chriſtum dicit manere, quia plus cõmunicationis nobis eſt cum Chriſto, quàm conſenſus aut voluntatis.] Reſpondeo, diuum Hilarium oſtendere ſcripturam, dum ait: Multitudinis credentium
Act. 4. erat anima vna, & cor vnum: &, Omnes
Galat. 3. vos vnum eſtis in Chriſto: &, Qui plan-
1. cor. 3. tat & qui rigat, vnum ſunt: non rectè exponi de vnitate ſolius voluntatis, ſed primam de vnitate fidei, ſecũdam de vnitate baptiſmi, tertiam de vnitate miniſterij intelligendam: & proinde eas intelligi de vnitate naturæ fidei, baptiſmi, & miniſterij: ídque ea ratione loquendi, qua proprietates hominis dicuntur habere natu-
Hilar. ram. Vnum, inquit, omnes erant per vnius fidei naturam. Vnum ſunt & in eiuſdẽ regeneratione naturæ. Per id vnũ ſunt,

ſunt, quòd vno Chriſto per naturá vnius baptiſmi induantur. Qui plantat & qui rigat vnum ſunt, quia ipſis in vno baptiſmo renatis vna vnius regenerantis baptiſmi diſpenſatio ſit. Denique: Natura etiam vnum ſunt, inquit, non tantùm voluntate: quia & ipſi res eadem effecti ſunt, & eiuſdem rei atque efficientiæ ſunt miniſtri. Sicut igitur Hilarius ad hoc vt à lotione, fide, miniſterio vnum dicantur, requirit vnitatem naturæ fidei, baptiſmi & miniſterij: ita etiam, vt dicamur inter nos naturaliter vnum, & cum Deo Patre, requirit vt naturaliter in nobis Chriſtum habeamus, non ſolùm quia ſimilem ſpecie carnem cum eo habemus, nec tantùm quia ſpiritus eius per fidem incarnationis eius participes ſumus (qualem coniunctionem duntaxat agnoſcit Pſeudomartyr) ſed quia verè Verbum carné cibo Dominico ſumimus, quia carnem Chriſti ſub myſterio ſumimus, ſub quo ipſe admiſcuit ſuam carnem. Et nos, inquit, naturaliter ſecundùm carnem per eum viuimus, id eſt, naturam carnis ſuæ adepti. De naturali, inquit, in nobis Chriſti veritate quæ dicimus, niſi ab eo diſcimus, ſtultè atque impiè dicimus. Ipſe Idem.

Ioan. 6 enim ait: Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. qui edit carnem meam & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in eo. De veritate carnis & ſanguinis non eſt relictus ambigendi locus. Nunc enim & ipſius Domini profeſſione, & fide noſtra, verè caro eſt, & verè ſanguis eſt. & hæc accepta atque hauſta id efficiunt, vt & nos in Chriſto, & Chriſtus in nobis ſit. Eſt ergo in nobis ipſe per carnem, & ſumus in eo, dum ſecum hoc quod nos ſumus in Deo eſt. Quòd autem in eo per ſacramentum communicatæ carnis & Ioan. 14. ſanguinis ſumus, ipſe teſtatur, dicens: Ego viuo, & vos viuetis: quoniam ego in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Si volũtatis tantùm vnitatem intelligi vellet, cur gradum quendam atque ordinem conſummandæ vnitatis expoſuit, niſi vt cùm ille in Patre per naturam diuinitatis eſſet, nos contrà in eo per corporalem eius natiuitatem, & ille rurſum in nobis per ſacramẽtorum ineſſe myſterium crederetur, ac ſic perfecta per mediatorem vnitas doceretur, cùm nobis in ſe manẽtibus ipſe maneret in Patre, & in Patre manens maneret in nobis, & ita ad vnitatẽ patris proficeremus, cùm qui in eo naturaliter ſecũdùm

dùm natiuitatem ineſt, nos quoque in eo naturaliter ineſſemus, ipſo in nobis naturaliter permanente? Quòd autem in nobis naturalis hæc vnitas ſit, ipſe ita teſtat⁹ eſt: Qui edit carnem meā, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Non enim quis in eo erit, niſi in quo ipſe fuerit: eius tantùm in ſe aſſumptam habens carnem, qui ſuá ſumpſerit. Ecce, docet Hilarius per vnitatē carnis Chriſti nos proficere ad vnitatem Patris tanquam per medium. rurſum, Chriſtum ineſſe nobis per ſacramētorum myſteriū: Quæ omnia iuxtà Pſeudomartyrem nugæ ſunt: quandoquidem eius eſt ſentētia, ad vnitatem Patris comparandam nihilo plus facere eucharistiæ ſacramentum, quàm externam vocem euangelij: nec per ſacramentorum myſterium, ſed tantùm per fidē Chriſtum in nobis eſſe. Vnde miror, eum circa hæc Hilarij verba non id dixiſſe, quod ad Cyrilli verba annotauit. [Quod, inquiens, Cyrillus hîc dicere videtur, nos per eucharistiæ communionem fieri membra Chriſti, cautè & prudenter legendum eſt. Non enim per ſacramēta efficimur membra Chriſti, ſed per fidē & ſpiritū.] Sacramenta putat (iuxta cōmune hæreticorum Ioan. 6.

dogma) nihil niſi ſigna eſſe, ſicut externa prædicationis verba. Sed eodem modo Hilarius, quo Cyrillus, docet in nobis Chriſtum naturaliter eſſe per euchariſtiæ ſacramentum, nihil moratus infideliū hæreticorum phātaſmata. Iuxta Pſeudomartyrem non per naturalem in nobis carnis Chriſti veritatem aſcendimus ad Dei Patris vnitatē: quum propriè Spiritus ſancti, & Dei Patris natura in nobis ſit, carnis autē Chriſti veritas tantùm ſignotenus & imaginaria apprehenſione. Quod verò idem Pſeudomartyr addit, nos etiam per honorem à Chriſto nobis cōmunicatum vnum dici, nō ſolùm per euchariſtiam: ex oſcitāte lectione Hilarij prouenit. Expli-
Ioan. 17. cat enim Hilarius illud: Claritatem quam dediſti mihi, dedi eis, vt ſint vnum ſicut nos. In hoc enim conſtituitur hæc gloria, ſiue claritas, ſiue honor, quòd per carnem Chriſti vnum ſumus. Non ergo alia Hilario ratio vnitatis eſt ex communicato honore, ab ea quam docet ex communione corporis Domini ſumi. Similiter & illa illorum verborum Hilarij (Carnem ſuam admiſcuit ſub ſacramento.) expoſitio, qua idem Pſeudomartyr ait, id eodem modo dictū, quo iratus homo dicitur bilē ſuam

verbis

verbis admiſcere: digna eſt eo qui Hilariũ vel nunquam legit, vel pro libito peruertit. Nam vox, Admiſcuit, apud Hilariũ nõ ad tropũ verborum pertinet, ſed ad eam coniunctionem, quæ eſt inter Deum & humanam naturam in Chriſto, aut inter corpus & animã. Chriſtus, inquit, corporis ſibi initia conſeuit, & exordia carnis inſtituit, vt homo factus ex virgine naturam in ſe carnis acciperet, perq; huius admixtionis ſocietatem ſanctificatum in eo vniuerſi generis humani corpus exiſteret. Et libro 10. Affert itaq; dolorem per animæ infirmis admixtionẽ, in infirmũ ſenſum ſuum corpus animatũ. Rurſum: Ieſus Chriſtus, inquit, per virtutem ſuam admixtione carnis atque animæ homo ac Deus eſſet. Idem: Corpus anima corpori permixta viuificat. Vides, lector, quid Hilarius voce Admiſcere deſignet. Quemadmodum ergo diuinitas in vtero Mariæ virginis admiſcuit ſibi carnis naturam: ita etiam Chriſtus, naturam carnis ſuæ ad naturam æternitatis ſub ſacramento nobis communicandæ carnis admiſcuit.

Lib. 2. de Trinitate

Eodem loco.

Deinde cauillatur idẽ Pſeudomartyr, dicere inſuper Hilarium, nos in Chriſto eſſe, cùm tamen corpora noſtra non ſint cor-

pori Chriſti in cœlo præſentia. Reſpōdemus, nō abſurdè dici nos in Chriſto naturaliter eſſe, quòd ipſum in nobis per euchariſtiam corporaliter præſentem habeamus, etſi in cœlo non ſimus: ſicuti ipſemet Pſeudomartyr dicit nos in Chriſto eſſe, quia per eius carnem in cœlo collocatam ſpiritualiter nutrimur. Cur nō ergo multo magis in Chriſto eſſe dicendi ſumus, ſi carnem eius in nobis corporaliter præſentem habemus? Hoc ad hominē. Cæterùm, nemo, vt arbitror, negat membrum corporis in corpore eſſe, & carnem alicuius in eo cuius eſt caro, eſſe. Apoſtolus autem pronunciat vxorem eſſe carnem viri, & ſcortatorē meretricis membrum, ob commixtionem: indeq; ducit comparationem ad cōiunctionem noſtri cum Chriſto. Igitur & nos dicēdi ſumus Chriſti caro, quia carnem eius in nobis habemus: & in eo eſſe, vti caro in eo eſt, cuius eſt.

Ex his igitur liquet, verum quidem eſſe quòd Hilarius naturam illius rei à qua quædam dicuntur vnum, opponit vnitati voluntatis & conſenſus: cæterùm, dum ait Chriſtum in nobis naturaliter eſſe per carnem, quam nobis edendam ſub ſacramento admiſcuit, & per ſacramentorum

myſterium

myſterium, Chriſti carnem in nobis verè & naturaliter eſſe: ſatis oſtendit ſe vocare naturalem inexiſtentiam eam, qua verè corporaliter natura Chriſti eſt in nobis. Sicut autem Hilarius, aliam vnitatem inter nos eſſe docet per Chriſti vnam carnem quam communicantes corporaliter ſumimus, aliam per vnam fidem aut baptiſma aut miniſterium, eo quòd hæc vnitas cõſiſtat per vnitatem proprietatis vel accidentis, illa autem per vnitatem vnius indiuiduæ carnis quæ in omnibus eſt: Ita Cyrillus, præter vnitatem fidei & pietatis (quæ dicitur vnitas, quia omnium fides & charitas circa rem numero eandem creditã atq; dilectã verſantur) quę nõ prouenit ex vnitate alicuius ſubſtantiæ in nobis exiſtentis, ſed ex cognitione & amore rei eiuſdẽ, ſiue ex ſimilitudine accidẽtis: docet duplicem aliam vnitatem, ortam ex hoc quòd vna indiuiſibilis ſubſtantia realiter & ſubſtantialiter eſt in nobis, nobíſq; coniungitur, quãuis interim in ea natura quæ nobis eſt eſſentialiter à creatore tributa, diuerſi ſemper pmaneamus. Prior vnitas ea eſt, quæ ex hoc oritur quòd vnam & eandem Chriſti carnem in corporibus noſtris ſua ſubſtãtia diuerſis habeamus, dum

corpora-

corporaliter eã edimus : quamobrẽ etiam omnes vnũ corpus dicimur. Poſterior eſt ea quæ inde prouenit, quòd omnes indiuiſibilem vnum Spiritum ſanctum in ſpiritibus noſtris propria ſubſtantia diſtinctis habemus: à quo dicimur vnus ſpiritus. iuxta illud Apoſtoli, Qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur: qui autem adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt. Hæc igitur vnitas nõ ex vno accidente oritur, ſed ex vna ſubſtantia nobis Chriſtianis realiter cõiuncta: ſicut vnitas Patris & Filij & Spiritus ſancti naſcitur ex vna ſubſtãtia, cuilibet perſonæ eſſentialiter inexiſtenti. Pſeudomartyr mirè ſe torquet vt Patris iſtius verba eludat, ſicut verba Hilarij deprauauit. Ait enim hæc Cyrillũ ideo dixiſſe, quia Chriſtus ſimilem ſpecie carnem noſtræ carni aſſumpſit, & per fidem ex carne ſua in cœlo ſita ſpiritaliter nos nutrit, carnemq́ue noſtram tandem immortalitate & ſimilibus conditionibus carnis ſuæ, per fidem incarnationis ſuæ induit. At de vnitate ſpeciei, qua vniuerſi homines vnum ſunt, & fuerunt etiam ante Chriſti incarnationem & citra Chriſti orationem, nunquam putãdus eſt Cyrillus interpretari orationem Chriſti,

1.cor.6.

qua

qua precatur vt omnes vnum ſimus. Nec ad vnitatem carnis Chriſti, quæ nobis per Euchariſtiam contingit, ob vnitatem ſpecificã inter nos inueniendã confugeret.

Quod inſuper adiungit Pſeudomartyr, nos fide incarnationis & ſpiritu nutriri, & carne immortales fieri: non maiorẽ vnitatem inter nos arguit, quàm accidentalem, ſiue quàm eſt vnitas voluntatis & cõſenſus in pietate. At Cyrillus, præter fidei & pietatis vnitatem, naturalem quoq; inter nos docet eſſe: eamque duplicem, vnam quidem per Chriſti carnem nobis in euchariſtia communicatã, alteram verò per Spiritum ſanctum nobis tributum. Conſiderandum eſt (inquit paulo antè præmiſſa verba) ſi ad vnitatem conſenſus & voluntatis naturalem etiam inuenire poſsimus, per quam inter nos & omnes Deo colligemur. Fortaſsis enim etiam corporali vnione coniungimur, licet adeò diſſeparati ſimus, vt vnuſquiſq; ſeorſum cõſiſtat et circũſcribatur. Et iterũ: Cõſideremus inquit, quomodo inter nos corporaliter, & cum Deo ſpiritaliter vnum ſimus. Si, inquit, omnes inter nos in Chriſto vnum ſumus corpus, nec inter nos ſolùm, verumetiam cum eo qui per carnem ſuã ad nos trãſiuit: quomo-

lib. 11. in Ioã. c. 26

Idem.

quomodo vniuerſi inter nos & in Chriſto vnum non erimus? Chriſtus enim eſt huius vnionis vinculum, qui Deus ſimul & homo eſt. Sed de vnione corporali ſatis. De ſpiritali autem eandem ſequentes viam, dicimus, quia Spiritu ſancto recepto & inter nos quodammodo & cum Deo vnimur. Nam quanuis vnicuiq; noſtrum, Patris & ſuum Chriſtus ſpiritum diſtribuit: indiuiſibilis tamen ſpiritus eſt, & diſtributus ſingulis ſpiritus in ſeipſo vnit, & omnes quibus diſtributio facta eſt, vnũ in ſeipſo efficit, & ſicut virtus ſanctiſsimæ carnis vnum corpus facit participantes, eodem (arbitror) pacto, in quibus indiuiſibilis ſpiritus Dei habitauit, eos omnes ad
Idem. vnitatem ſpiritalem conducit. Et infrà: In Patre, Filio, & Spiritu, omnes ſumus vnũ. Vnum autem dico habitudine atque affectu (vt incipientes dicebamus) vnum pietatis conſenſu, vnum ſanctæ Chriſti carnis communione, vnum vnius ſancti ſpiritus participatione. Ex his luce meridiana clarius fit, Cyrillum tria vincula ponere, nos vnientia. Primum, conſenſum vnum & voluntatem, vnam fidem & pietatem (ſed vnionem quæ hoc nexu fit, non vocat naturalem.) Secũdum eſt participata caro Chriſti.

Chriſti. Tertiũ, Spiritus ſanctus. quæ duo in nobis realiter ſubſiſtunt & ſubſtantialiter ſeſe nobis vniunt, indiuidua tamen & indiſtincta manẽtia. Horum duorum poſteriorum vnionem, naturalem dicit Cyrillus: vnam corporalem, alteram ſpiritualem. Et certè is quem tanquam impium veritatis, patrum, & fidei eccleſiæ aduerſarium cõfutat Cyrillus, in caput 15. Ioannis ſcribens, idem quod Caluinus & Pſeudomartyr docebat. Vt refert enim Cyrillus, dicebat Chriſtum nequaquam ſecundùm humanam naturam poſſe dici vitem, quia fide & dilectione, non carne humanitati Chriſti coniungimur: Vbi hęreticus ille non negabat carnem Chriſti ſpecie ſimilem noſtræ eſſe, imò hoc fatebatur, ſed nullam coniunctionem niſi fidei & dilectionis nobis cum illa relinquebat: quemadmodum hodierni hæretici faciunt. Aduerſus eum autem propugnator fidei Cyrillus, oſtendit ex ſcripturis & ipſa euchariſtia, Chriſtum in nobis eſſe nõ ſolùm habitudine per fidem, & charitatem, & reliquos effectus, ſed etiam carne. Sed aduertat lector miſeri Pſeudomartyris ſudores. Alia verba eiuſdem de eadem re, quibus ſcilicet naturalem illam vnionem inculcat, ad

cat(ad 17.caput Ioannis),quia non potuit vlla ratione explicare,familiari ſibi tropo metonymiæ eludere nititur: Quaſi Cyrillus,qui (vt priùs citata teſtantur) cōtētus non eſt vnitate cōſenſus,fidei, & pietatis, ſed naturalem requirit,contentus ſit vnitate ſigni & ſignati, quæ nec accidentalis, nec realis proprietatis,ſed tantúm cōſiderationis eſt vnitas: Quaſi Cyrill⁹ per vnitatem tropicam,vocumq́;,non rerum,conetur docere Arrianos, vnitatē inter nos eſſe naturalē,nō ſolius conſenſus. Dignus eſt ſanè Pſeudomartyre hic catholici Cy-

lib. 11. in Ioā. c.17. rilli commentarius. Cyrilli verba ſunt: Vniuntur inter ſe fideles illis modis quos iam expoſuimus. Vniuntur autem etiam Deo: & modum ipſe Saluator aperuit,di-

Ioan. 17. cēs:Ego in ipſis,& tu in me,vt in vnū ſint conſummati.Corporaliter enim filius per benedictionem myſticam nobis vt homo vnitur: ſpiritualiter autem vt Deus, ſui ſpiritus gratia noſtrum ad nouam vitam & diuinæ naturæ participationem ſpiritum redintegrans. Nexus igitur vnionis noſtræ ad Deum patrem Chriſtus eſt, nobis quidem vt homo, Deo autem Patri vt

Idem. Deus naturaliter vnitus. Et infrà: Filium Dei natura Patri vnitū corporaliter ſub-

-ſtantia-

ſtantialiterq́;(vt dictũ eſt)accipientes,clarificamur, glorificamurq́ue,ſupremæ facti naturæ participes. Similẽ ſentẽtiam habet libri 12. capite 58. Sic igitur dicit Pſeudomartyr: [Quæ verba ego ſemper ſic accepi: Symbola illa panis & vini, quoniam ſignificant carnem & ſanguinẽ Chriſti, quæ pro nobis data ſunt in crucem, idcirco repræſentare nobis Chriſtum: ita videlicet vt ille noſtra cauſa mortem ſubijt corporaliter: quoniã autem iſta credendo, & ſpiritualiter edendo, adipiſcimur etiam cæleſtem eius naturam & proprietatẽ, qua & animus & corpus noſtrum reparetur ad æternam vitam, idcircò rectè dici, Chriſtum ſe nobis ita communicare ſpiritualiter, vt Deum, quòd conditiones & naturæ carnis Chriſti dimanẽt per ſpiritum & ad animum & ad corpus noſtrum.] Pſeudomartyr hîc, præter hoc quòd ficto ſuo tropo tentat eludere naturalem vnitatem quam ſtatuit Cyrillus, etiam eam quam anteà in deprauandis Hilario & Cyrillo dixit corporalẽ (qua videlicet per fidem carnis Chriſti accipimus cæleſtes proprietates eiuſdẽ carnis) cum ſpirituali vnitate eandẽ facit, dicens ideo corporaliter Chriſtum ſe nobis per myſticã benedictionem commu-

cõmunicare, quia Chriſti corpus pro nobis crucifixum ſignat illa benedictio: ſpiritaliter autem, quia per fidem carnis crucifixæ accipimus cœleſtem gloriam carnis eiuſdem. Callidiùs igitur Caluinus (rectius Carninus, qui totus carnē ſequitur) hîc egit, (tribus verbis re expedita) dicens Hilarium et Cyrillum hyperbolicè locutos, ac ita à verboſa lataq; explicatione verborũ tantæ authoritatis Doctorum abſtinēs: idq; vt ſuis myſtis inſinuaret eos planè eſſe reijciendos, vtpote Caluiniano ſuo euangelio apertè contrarios, nullamq; rudioribus ſibi credentibus de eodem ſuo pſeudoeuangelio dubitationem inijceret. Fatuus autem Pſeudomartyr, dum dictorum Doctorum verbis, omnibus intentis neruis ſatisfacere laborat, cauſam ſuam ſubſannandam omnibus proſtituit.

2 Secundò. Paulus ex eo quòd Chriſtus dixit, id eſſe corpus ſuum quod apoſtolis ſuis porrexerat, infert: Itaque qui mandu-
1 cor. 11. cauerit panem & biberit calicem domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis domini. Ergo nõ tantùm imago corporis domini, ſed ipſum dominicum corpus comeditur in euchariſtia corporaliter. alioqui, merè ridiculus fuit, qui ex ſermone figurato

figurato ac metonymico argumentari voluit, velut propriè dictus eſſet. Non eadem pœna illi infligitur, qui regis imaginem ignominia affecerit, quæ illi qui ipſummet regem contumelia inſectatus eſt: quoniam aliud eſt imaginem regis irreuerenter tractare, aliud regem. Qui regis imaginem circunfert, vt regis ſe amicum ſimulet, nec reus eſt maieſtatis regiæ dicendus, nec arguendus quòd regis imaginem ignominia ſeu irreuerentia affecerit, ſed tantùm, fictæ ac ſimulatæ amicitiæ. Sic etiam, qui indignè communicauerit, ſi (quod vult Caluin⁹) corporaliter Chriſti corpus non recipiat, minimè reus erit corporis domini. Sicut itẽ qui ficto animo baptiſma ſuſcipit, nec reus aquæ dici poteſt, nec Spiritus ſancti, quem aqua deſignat: ſed ſolùm, falsò ſimulatę abrenunciationis Sathanæ. Quum ergo pronunciet Apoſtolus, indignè edentem Euchariſtiam reum eſſe dominici corporis, conſequens eſt, in ea eſſe corpus domini.

Qui mãducat indignè, edit verum corpus domini, quanquam fructus eius particeps non ſit: igitur in euchariſtia eſt verè corpus domini. Antecedẽs habet Apoſtolus: Qui enim mãducat & bibit indignè 3

1. Cor. 11.

iudicium ſibi manducat & bibit,non diju-
Li. 5. cõtra Donatiſtas. c.8 dicans corpus domini. Et Auguſt. eũ inſe-
qués: Sicut Iudas, inquit, cui buccellá tra-
didit dominus,non malum accipiendo,ſed
malè accipiẽdo locũ in ſe diabolo præbuit.
ſic indignè quiſq; ſumens dominicũ ſacra-
mentum,nõ efficit, vt quia ipſe malus eſt
malum ſit, aut quia nõ ad ſalutem accipit,
nihil acceperit. Corpus enim & ſanguis
domini erat etiã illis,quibus dicebat Apo-
ſtolus: Qui manducat indignè, iudicium
Epiſtola 162. ſibi manducat & bibit. Item alibi: Tolerat,
ait,ipſe dominus Iudam diabolum,furem,
& venditorem ſuum. ſinit accipere inter
innocentes diſcipulos quod fideles noue-
Lib.1.cõtra Creſcon.c.25. runt preciũ noſtrũ. Rurſum: Quid,inquit,
de corpore ipſo & ſanguine Domini, vni-
co ſacrificio pro ſalute noſtra,quanuis ipſe
Ioan.6. Dominus dicat: Niſi quis manducauerit
carnem meá,& biberit ſanguiné meũ,non
habebit in ſe vitã? nónne idem Apoſtolus
docet,etiã hoc pernicioſum malè vtẽtibus
1.Cor.11. fieri? ait enim: Quicunq; mãducauerit pa-
nẽ,& biberit calicẽ domini indignè, iudi-
ciũ ſibi manducat etc. Ecce,queadmodum
obſunt diuina & ſancta malè vtẽtibus: cur
nõ & hoc modo baptiſmus? Similia habet
homil.2. in Apocalyp. Conſonus vtrique
Cyrillus,

Cyrillus,(ad hoc: Cum ergo accepiſſet ille buccellam, exiuit cõtinuò) Timet, inquit, vt credo, diabolus, ne morando locus pœnitentię detur, & quaſi à temulentia mentem ſuam rectiùs cogitans homo eripiat. Hac de cauſa feſtinat ac impellit. Nam etiam Iudam, cum poſt panem omnino ſeparauerit, tum moram, tum benedictionis virtutem timens, ne ſcintillam in animo eius accenderit, ac inde illuminauerit, & ad meliora retraxerit, magna præcipitem agit celeritate. Ita quóq; Chryſoſtomus: O, inquit, cæcitatem proditoris, qui quum ineffabilibus myſterijs communicaſſet, idem permanſit, & diuina menſa ſuſceptus, in melius commutari noluit: quod Lucas ſignificauit, dicens, quia poſt hoc Satanas introiuit in eum: non quia dominicum corpus deſpiceret, ſed quia proditoris ſtoliditatem irridebat: maius enim peccatum vtraque ratione fiebat, quia tali animo myſterijs ſúſceptis, nec timore, nec beneficio, nec honore melior factus eſt. Si, quam ſumebat Iudas, euchariſtia, ſignum tantùm fuit, & ob eius infidelitatem inane: cur, iuxta Cyrillum, timuit diabolus ne pœnitentiæ ſcintillam in corde Iudæ accenderet? Cur, iuxta

Lib. 9. in Ioã. c. 19.

Hom. 83. in Matt.

Lucæ. 22.

Chryſoſtomum, non auſus fuit deſpicere eiuſmodi Chriſti corpus? Sic Heſychius
libro 6. in 23. caput Leuitici: Sancta ſanctorum ſunt propriè Chriſti myſteria: quia ipſius eſt corpus, de quo Gabriel ad virginē dicebat:
lucæ 1. Quod naſcetur ex te ſanctum. Ab hoc non ſolùm alienigenas prohibuit, ſed nec per ignorantiam percipere præcepit. Per ignorantiam autem percipit, qui virtutem & dignitatē eius ignorat, qui neſcit quia corpus hoc & ſanguis eſt ſecundùm veritatem, ſed myſteria quidem percipit, neſcit autem myſteriorum virtutem. Et
Idem. infrà: Cogit dominus eum qui ignorat, addere quintam ſuper ipſum quod comedit. Quinta autem eius ſuper ipſum, eſt ſermo qui prolatus eſt ab ipſo Chriſto ſuper dominicū myſteriū (nēpe, Hoc eſt corp⁹ meū etc.) ipſe enim liberat nos ab ignorantia, remouetq; nos additus carnale quippiam & terrenum de ſanctis ſapere, ſed diuinè ea & ſpiritalè accipi ſancit.

4 Qui māducat indignè, inquit Paulus, iu-
1.Cor. 11. dicium ſibi manducat quia non dijudicat
Aug. epiſtola 117. (id eſt, non diſcernit ab alijs cibis) corpus domini. Ipſummet ergo corpus domini ſumit, non tantùm ſignum. Nam ſi ſolùm ſignum eſſet eiuſce corporis, nulla eius ab

alijs

alijs cibis opus eſſet tam anxia diſcretione, qua nō habita quiſquis manducauerit, iudicium ſibi manducauerit. Imò vſqueadeò nō eſt opus panē hunc diſcernere ab alijs panibus ſi ſit merum ſignum dominici corporis, vt potiùs oporteat eum iudicare alijs prophanis panibus omnino ſimilem. Si enim non ſit prorſus ſimilis illis, non erit ſignum dominici corporis: eo quòd à Sacramentarijs tantùm ideo ſignū illius dicitur, quòd ſic corpus nutriat, quēadmodum corpus Chriſti ſpiritaliter animam alit: Nutrire autem corpus, & pani prophano, & ei qui eſt Caluiniſtis Euchariſtia commune eſt. Quemadmodum aqua Baptiſmi ab alia aqua fluminis diſcernenda nō eſt, ſed vna alteri eſt prorſus ſimilis: nec quòd aquam nō diſcernat reus eſt, qui fictè ad baptiſmum accedit, ſed, quia fidem ſeſe habere ſimulat, quam non habet.

Quinta ratio: quæ eſt etiam multiplex.

CVM myſterio incarnationis conferamus Euchariſtiam. Suis, ait Ambroſius, vtamur exemplis: incarnationiſq́; (ſcilicet exēplo) aſtruamus myſterij (huius) veritatem. Et quæ eſt cauſa cur incarnatus ſit dominus? Vna inter re-

Li. de ijs qui myſterijs initiantur. cap. 9.

liquas eſt, vt hominibus viſibiliter corporalis appareret. Quia enim, ait Auguſtinus, rationalis creatura verbo illo tanquã cibo ſuo paſcitur: humana autem anima rationalis eſt, quæ mortalib⁹ vinculis peccati pœna tenebatur, ad hoc diminutionis redacta, vt per coniecturas rerum viſibilium ad intelligenda inuiſibilia niteretur: cibus rationalis creaturæ factus eſt viſibilis, non cõmutatione naturæ ſuæ, ſed habitu mortalitatis noſtræ, vt viſibilia ſectantes ad ſe inuiſibilẽ reuocaret. Sic eum anima, quem ſuperbiens intus reliquerat, foris humilẽ inuẽnit, imitatura eius humilitatem viſibilem, & ad inuiſibilem altitudinem reditura. Hæc Auguſt. Quum ergo etiam ſimiliter nobis nunc ſit in propria ſpecie humana Chriſti natura inuiſibilis, conueniens ſanè fuit, vt ea ipſa nobis, viſibilia ſectantibus, ſub aliena ſpecie daretur viſibilis. Quarè præclarè Chryſoſtomus: O, inquit, quot modò dicunt, Vellem formam & ſpeciem eius, vellem veſtimenta ipſa, vellem calceamẽta videre. Ipſum igitur vides, ipſum tãgis, ipſum comedis. Veſtimenta eius deſideras videre: ipſe verò ſeipſum tibi tradit, non vt videas ſolùm, verumetiam vt tãgas, & in te habeas. Nemo igi-

lib. 3. de liber. arbitr. c. 10.

Hom. 83. in Matt.

mo igitur nauſeans accedat. Rurſum alibi ait: Chriſtus cum ſuum in nos amorem indicare vellet, per corpus ſuũ ſe nobis commiſcuit, & in vnum nobiſcum redegit, vt corpus cũ capite vniretur. Hoc enim amãtium maximè eſt. Hoc Iob ſignificabat de ſeruis, à quibus maximè amabatur, qui ſuũ amorem præ ſe ferentes dicebãt: Quis daret nobis, vt eius carnibus impleremur? Quod Chriſtus fecit, vt maiori nos charitate aſtringeret, & vt ſuũ in nos oſtenderet deſideriũ, nõ ſe tantùm videri permittens deſiderantibus, ſed & tangi, & manducari, & dẽtes carni ſuæ infigi, & deſiderio ſui omnes impleri. Hæc Chryſoſt. Hom. 45 in Ioan. Iob 31.

2 Ad hæc, amori Chriſti quo dignatus eſt homo fieri, id conuenit, vt nobis corporaliter præſens ſit. ſicut ſcriptum eſt: Deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum: &, Filius datus eſt nobis etc. Si autem tãtùm ſpiritali pręſentia hîc aſsint caro & ſanguis Domini: non erit verum quòd ex integro datus eſt nobis, nec quòd deliciæ eius ſunt nobiſcum eſſe. Dicit ergo Chryſoſtomus: Non ſufficit ipſi hominem fieri, flagellis interim cedi: ſed nos ſecum in vnam, vt ita dicã, maſſam reducit, neq; id fide ſolùm, ſed reipſa nos corpus ſuum efficit. Qua igi- Prou. 8. Eſa. 9. Hom. 83. in Matt.

tur re mundiorem eſſe non oportet eum, qui hoc ſacrificio participaturus eſt? quos radios ſolares nō deberet excedere manus illa, quæ hanc coronā pertractat? os, quod igne impletur ſpiritali? lingua, quæ cruentatur hoc admirabili ſanguine? Veniat in mentē tibi, quo ſis honore honoratus, qua menſa fruaris. Ea namque re nos alimur, quam angeli videntes tremunt, neque abſque pauore propter fulgorem, qui inde reſilit, aſpicere poſſunt: & nos in vnam cum illo maſſam reducimur, Chriſti corpus vnum, & caro vna. Quis loquetur potentias domini, auditas faciet omnes laudes eius? Quis paſtor vnquā membris ſuis oues ſuas nutriuit? Multæ matres poſt partum alijs nutricibus infantes dederūt, quod ipſe facere noluit, ſed ꝓprio corpore nos alit, & ſibi cōiungit atq; conglutinat.

3 Præterea: Quia ex corporalibus ad ſpiritalia velut manu duci nos infirmos cōuenit (quamobrem etiam priùs oculis carnis quàm mentis, viſibilis apparuit Chriſtus) prorſus videtur conueniens, vt etiam primùm corpus noſtrum, deinde anima noſtra carne Chriſti paſcatur. Cognatius ſiquidem eſt Chriſti corpus corpori noſtro, quàm animæ. Quare ſi Chriſti

caro

caro alimonia ſit animæ (de quo nefas eſt dubitare) certè & corporis erit. Vnde Tertullianus: Caro, inquit, abluitur, vt anima emaculetur: Caro vngitur, vt anima conſecretur: Caro ſignatur, vt anima muniatur: Caro manus impoſitione obũbratur, vt anima ſpiritu illuminetur: Caro corpore & ſanguine Chriſti veſcitur, vt & anima de Deo ſaginetur. Non poſſunt ſeparari in mercede, quas opera coniungit. li. de carnis reſurrectione.

Chriſtus incarnatus eſt, non quò animas ſolas ſeruaret, ſed vt & corpora noſtra redimeret. Oportuit ergo (inquit Cyrillus) vt non ſolùm anima per Spiritum ſanctum in beatam vitam aſcẽderet: verumetiam vt rude atque terreſtrè hoc corpus cognato ſibi guſtu, tactu, & cibo ad immortalitatem reduceretur. 4 Cap. 14. lib 4. in Ioannẽ.

Reſpondet conſecratio corporis & ſanguinis Chriſti creationi Chriſti in vtero virginis: ergo quemadmodum in vtero virginis, puriſsimus ſanguis mutatus eſt in Chriſti carnẽ: ita & in euchariſtia mutatur panis in eãdem carnem. Antecedens per ſe ſat eſt manifeſtum. Quoniam vt ad verbum virginis, quo illa cum prece Angelo aſſenſũm præbuit, Spiritus ſanctus in eam ſuperuenit, Chriſtique corpus in ea forma- 5 lucæ 1.

tur re mundiorem eſſe non oportet eum, qui hoc ſacrificio participaturus eſt? quos radios ſolares nõ deberet excedere manus illa, quæ hanc coronã pertractat? os, quod igne impletur ſpiritali? lingua, quæ cruentatur hoc admirabili ſanguine? Veniat in mentẽ tibi, quo ſis honore honoratus, qua menſa fruaris. Ea namque re nos alimur, quam angeli videntes tremunt, neque abſque pauore propter fulgorem, qui inde reſilit, aſpicere poſſunt: & nos in vnam cum illo maſſam reducimur, Chriſti corpus vnum, & caro vna. Quis loquetur potentias domini, auditas faciet omnes laudes eius? Quis paſtor vnquã membris ſuis oues ſuas nutriuit? Multæ matres poſt partum alijs nutricibus infantes dederũt, quod ipſe facere noluit, ſed ꝓprio corpore nos alit, & ſibi cõiungit atq; conglutinat.

3 Prætereà: Quia ex corporalibus ad ſpiritalia velut manu duci nos infirmos cõuenit (quamobrem etiam priùs oculis carnis quàm mentis, viſibilis apparuit Chriſtus) prorſus videtur conueniens, vt etiam primùm corpus noſtrum, deinde anima noſtra carne Chriſti paſcatur. Cognatius ſiquidem eſt Chriſti corpus corpori noſtro, quàm animæ. Quare ſi Chriſti

caro

caro alimonia ſit animæ (de quo nefas eſt dubitare) certè & corporis erit. Vnde Tertullianus: Caro, inquit, abluitur, vt anima emaculetur: Caro vngitur, vt anima conſecretur: Caro ſignatur, vt anima muniatur: Caro manus impoſitione obũbratur, vt anima ſpiritu illuminetur: Caro corpore & ſanguine Chriſti veſcitur, vt & anima de Deo ſaginetur. Non poſſunt ſeparari in mercede, quas opera coniungit. li. de carnis reſurrectione.

Chriſtus incarnatus eſt, non quò animas ſolas ſeruaret, ſed vt & corpora noſtra redimeret. Oportuit ergo (inquit Cyrillus) vt non ſolùm anima per Spiritum ſanctum in beatam vitam aſcẽderet: verumetiam vt rude atque terreſtre hoc corpus cognato ſibi guſtu, tactu, & cibo ad immortalitatem reduceretur. 4 Cap. 14. lib 4. in Ioannẽ.

Reſpondet conſecratio corporis & ſanguinis Chriſti creationi Chriſti in vtero virginis: ergo quemadmodum in vtero virginis, puriſsimus ſanguis mutatus eſt in Chriſti carnẽ: ita & in euchariſtia mutatur panis in eãdem carnem. Antecedens per ſe ſat eſt manifeſtum. Quoniam vt ad verbum virginis, quo illa cum prece Angelo aſſenſum præbuit, Spiritus ſanctus in eam ſuperuenit, Chriſtique corpus in ea forma- 5 lucæ 1.

ſormauit: Ita ad verbum Sacerdotis deſcendit Spiritus ſanctus, atq; in altari dominicum corpus efficit. Vnde etiã Veteres hæc duo, Chriſti incarnationẽ, & panis mutationem in Chriſti carnem, cõparant ſibi mutuò tanquam ſimilia. Iuſtinus
Pag. 31. ſuprà auditus eſt. Chryſoſtomus verò ſic
Ho. 44. in Ioan. ſcribit: Caro Chriſti propter Deum verbum panis eſt, quemadmodum hic panis (ſcilicet Euchariſtiæ) propter aduenientẽ ei ſpiritum panis cœleſtis efficitur. Similia ex Auguſtino de operatione Spiritus
Pag. 21. audiuimus ſuprà. Ambroſius item ait:
Cap. 9. lib. de ijs etc. Quoad argumentis vtimur? Suis vtamur exẽplis: incarnationiſq; (videlicet exẽplo) aſtruamus myſterij veritatẽ. Nunquid naturæ vſus præceſsit, cũ Dominus Ieſus ex Maria naſceretur? Si ordinẽ quærimus, viro mixta fœmina generare cõſueuerat. Liquet igitur quòd præter naturæ ordinem virgo generauit: & hoc quod conficimus, corpus ex virgine eſt. Quid hîc quæris naturæ ordinẽ in Chriſti corpore, cũ præter naturam ſit ipſe Dominus Ieſus partus ex virgine? Similiter Damaſcenus: Quo-
lib 4. de ortho. fide. c. 14. modo erit mihi hoc, inquit ſancta virgo, quoniam virum non cognoſco? Reſpondet Gabriel archangelus: Spiritus ſanctus ſu-

ctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obumbrabit tibi. & nunc quæris quomodo panis fiat corpus Chriſti, & vinum & aqua ſanguis Chriſti? Tibi item ego reſpondeo: Spiritus ſanctus accedit & hæc facit, quæ rationē cogitationéq; ſuperant, diuina myſteria, corpus Chriſti. & infrà: Panem, inquit, & vinum fecit corpus & ſanguinem ſuum, vt per ea quę ſolita ſunt & naturalia, ad ea quæ natura præſtantiora ſunt accedamus. Corpus eſt verè coniunctum diuinitati, vt corpus ex ſancta virgine: nō quòd corpus illud aſſumptum è cœlo deſcendat, ſed quia panis & vinum in Chriſti corpus & ſanguinem tranſmutantur. Idem.

Chriſtus incarnatus duas habet in vna hypoſtaſi naturas, vnam increatam, alteram creatam. quæ increata, ſuſtentat creatam, ſic tamen vt ab ea non immutetur. Conueniens eſt ergo, vt & in rebus inferioribus quàm ſunt ſubſtātię, videlicet accidentibus, eandem ſuá potentiá oſtendat Deus: faciēdo ſcilicet vt vnū corpus propria connaturaliaq; ſibi habeat accidētia, ſimulq;, & id ſine ſui mutatione, ſuſtentet aliena: ſaltem tantiſper donec ad duarū in vna hypoſtaſi coniunctionem naturarum 6.

pleniùs

pleniùs intelligendam, ex accidentium (per quæ ſubſtantiæ innoteſcunt) coniunctione aſcendamus. Hanc porrò immenſam potentiam ſuam, in Euchariſtia Chriſtus declarat: in qua nimirum Chriſti corpus propria habet accidētia, & ea ſuſtentat quæ aliena ei fuêre, nēpe quæ panis ipſius quondā erant, idq; tamē citra ſui mutationem. Quapropter, Veteres non parum commodè viſi ſunt ſibi illuſtrare eiuſmodi coniunctionem duarum in Chriſto naturarum, ex iſto ſacramento. De Auguſti-

Pag. 21. no quidem, ſatis id liquet ex antè dictis: vbi declarat quomodo aliter homo ſignificet filiũ Dei, aliter columbá Spiritũ ſanctũ: ſicut ſcilicet aliter Euchariſtia Chriſti corpus et ſanguinem ſignat, aliter prędicatio Pauli. Sic & Iuſtinus Chriſtum incar-

Pag. 31. natum Euchariſtiæ cōparat: vt ſuprà oſtē-

lib. 5. de ſacra: c. 1. ſum eſt. Ambroſius verò ſic ait: Sicut verus eſt Dei filius Dominus noſter Ieſus Chriſtus, non quemadmodum homines per gratiam, ſed quaſi filius ex ſubſtantia Patris: ita vera caro, ſicut ipſe dixit, quam accipimus, & verus eſt potus. Sed fortè dicas quod dixerunt tunc temporis etiam

Ioan. 6. diſcipuli Chriſti, audientes: Niſi quis mãducauerit carnem meam, & biberit ſan-

guinem

guinem meum, nõ manebit in me, nec habebit vitam æternam, fortè dicas: Quomodo vera? Qui ſimilitudinem video, nõ video ſanguinis veritatem. Primò omnium dixi tibi de ſermone Chriſti, qui operatur vt poſsit mutare & conuertere generalia inſtituta naturæ. Deinde, vbi non tulerũt ſermonem Chriſti diſcipuli eius, ſed audientes quòd carnem ſuam daret manducare, & ſanguinem ſuum daret bibẽdum, recedebant: ſolus tamen Petrus dixit: Verba vitæ æternæ habes, & ego à te quò recedam? Ne igitur plures hoc dicerent (videlicet, Quomodo poteſt hic carnem ſuã etc) veluti quidam eſſet horror cruoris, ſed maneret gratia redemptionis, ideo in ſimilitudinem quidem accipis ſacramẽtum, ſed verè naturæ gratiam virtutemque conſequeris. Et paulo poſt: Quomodo deſcendit panis è cœlo, & panis viuus? Quia idem dominus noſter Ieſus Chriſtus conſors eſt & diuinitatis & corporis. Et tu quia accipis panem diuinæ eius ſubſtantiæ, in illo participaris alimento. Ambroſius humanæ naturæ cum diuina cõiunctionẽ comparat coniunctioni carnis Chriſti cum ſua ſimilitudine, hoc eſt, accidentibus panis. Item Damaſcenus: Carbo, ait, non lignum eſt ſim-

Idem.

loco iam citato.

eſt ſimplex,ſed igni coniunctum,ſic et panis communionis non eſt panis ſimplex, ſed coniunctus diuinitati. Corpus autem diuinitati coniunctum non eſt vna natura,ſed vna quidem corporis, altera autem cõiunctæ diuinitatis. Quapropter vtrũq;, non vna eſt natura,ſed duæ.

7. Sicuti myſteriũ incarnationis, ſiue quòd Deus eſt hòmo,omnem noſtrum captum ſuperat,& ineffabilis eſt Dei generatio ex homine:iuxta illud Eſaiæ, Generationem eius quis enarrabit?quod etiá ad eum ortũ,quo verbũ caro factũ eſt (inquit Leo) credimus pertinere: Itá ineffabilis eſt, ſuperatq; humani ingenij capacitatem, mutatio panis in corpus Chriſti per myſticá conſecrationem:& illius corporis, in cœlo permanentis ſubſiſtentia ſub tãtilla panis ſpecie in tá diuerſis altaribus, ab ingenio humano cõprehẽdi nequit. De hoc Aug. in prœmio Pſalmi 33. Ferebatur, inquit, in manibus ſuis. Hoc verò,fratres, quomodo poſſet fieri in homine quis intelligat? Quis enim portatur in manibus ſuis? Manibus aliorũ poteſt portari homo, manib⁹ ſuis nemo portatur.Quomodo intelligatur in ipſo Dauid ſecundũ literá, non inuenimus:in Chriſto autem inuenimus.

Eſaiæ.53.

Ser.3. de nat. Domini.

Conc.1.

1.Reg.1.

Fereba-

Ferebatur enim Chriſtus in manibus ſuis, quãdo cõmendans ipſum corpus ſuũ ait: Hoc eſt corpus meũ. Si ſigna tãtũ tenebat Chriſtus ſui corporis & ſanguinis in manib⁹ ſuis: quomodo verũ eſt, ad literã de Dauid nõ poſſe intelligi? ſiquidẽ nõ ſolũ Dauid, verũ etiã quiuis alius poteſt ſui imaginem manibus ſuis portare. Sic Heſychius: Sãctificationẽ, inquit, myſtici ſacrificij, et à ſenſibilib⁹ intelligibilia trãſlationẽ ſiue cõmutationẽ, ei qui verus eſt ſacerdos videlicet Chriſto, oportet dare, id eſt, ipſi de eis miraculũ cedere & imputare: quia per eius virtutem, & prolatũ ab eo verbũ, quæ videntur tã ſanctificata ſunt, quàm cunctũ carnis excedunt ſenſum. Rectè ergo addidit (dominus) Nec contaminabũt ſanctificata filiorum Iſrael, quæ offerunt domino, ne fortè ſuſtineant iniquitatẽ delicti ſui, quũ ſanctificata comederint. Qui enim Chriſto ſuorũ myſteriorũ ſanctificationẽ imputãt, & addentes ſibimetipſis quintã quæ prolata eſt, videlicet verbum eius, quod noſtros producit ſenſus ad ſublimiora, nõ cõtaminãt ſancta ſanctorũ, vtpote qualia oportet de eis intelligentes, ſed nec ſuper ſe inducũt iniquitatẽ delicti in comedẽdo Sãcta ſanctorũ: nec enĩ vt ad commu-

Proſper idẽ habet c. 25. par. 2. de promiſſio. & prædictionib.

In 22. ca. leuitici lib. 6.

communem cibum,ſed ſicut ad myſticum, & terribilem,& cœleſtem accedũt: ad quẽ qui temerè accedunt, non ſimpliciter peccant,ſed iniquitatẽ delicti ſui portare dicũtur. Delictum autẽ propriè,à legiſlatore dicitur peccatũ quod in Deum committitur. Et Damaſcenus: Si,inquit,quęris quomodo fiat,ſatis eſt tibi vt audias, Per Spiritum ſanctum: quẽadmodum & , ex virgine Dei genetrice,ſibijpſi & in ſeipſo dominus corpus ſuſtituit. & nihil amplius nouimus niſi quòd Dei verbũ eſt, verum, efficax,omnipotens. Modus autem intelligi non poteſt. Illud tamen dicere non eſt alienum: quemadmodum naturaliter panis per cibum, & vinum & aqua per potum, in corpus & ſanguinem comedentis bibentiſque mutãtur, nec fiunt aliud corpus præter id quod erat prius: ſic propoſitionis panem,& vinum & aquam, per inuocationem & aduentum Spiritus ſancti, ratione naturam ſuperante, in corpus & ſanguinem Chriſti tranſmutari, nec eſſe duo,ſed vnum atque idem fieri. Hæc Damaſcenus. & eadem ſuprà allegata ſunt ex Epiphanio & Chryſoſtomo.

Lib. 4. de orthodoxa fide. ca. 14.

Pag. 40.

Chriſtus hìc vitam adhuc agens, ſanauit homines etiam humanitate, nõ ſola diuini-

uinitate:et cęcis viſum reddidit,ſurdis auditum, leproſis mũdiciẽ, egris ſanitatem, mutilatis integritatem,depreſsis erectionẽ,mortuis vitam,& paucos panes multiplicauit;deniq;,vacillantes in fide, firmauit non ſolùm verbis,ſed etiam tactu carnis ſuæ.Igitur & nunc tactu carnis ſuæ ſalutem hominum operatur:quãdoquidem æquè iã,vt tũc,eſt viuifica eius caro. Quũ ergo tactus iſte non niſi in vſu euchariſtiæ iam conſiſtat,conueniens eſt, vt etiam in euchariſtia caro Chriſti corporaliter adſit. Atq; in huius rei confirmationem antè citatus eſt Chryſoſtomus ex homilia 83.in Matthæum & 45. in Ioannem. Cui ſubſcribit Cyrillus, dicens: Quoniam igitur Saluatoris caro verbo dei,quod naturaliter vita eſt, coniuncta, viuifica effecta eſt:quando eam comedimus,tunc vitã habemus in nobis,illi coniuncti,quę vita effecta eſt.Hac de cauſa in exuſcitãdis mortuis, non ſolummodò verbo atq; imperio vt Deus vtebatur, verumetiã carnẽ ſuam quaſi cooperatricem nonnunquam adhibebat:vt reipſa oſtenderet, carnem quoq; ſuam,quoniã ſibi coniuncta eſt, viuificam eſſe:atq; fideles doceret,ſuũ, non alterius, corpus eſſe.Nam quando ſynagogæ prin-

Ioan.9. Marc.7. Matt.8. Ibidem. luc.12. luc.13. Matth.9. Matt.14. luc.14.

Pag.38. & 45.

lib.4. in Ioã.c.14.

cipis filiolam ſuſcitabat, manum eius ap-
prehendit, vt ſcribitur, & erexit dicens:
Mat.9. Puella ſurge. Ita vt De⁹ et verbo & carnis
ſuæ tactu eam excitauit, vnam ab vno ſe
Chriſto Deo videlicet atque homine ope-
rationem producens. Quando etiam in ci-
uitatem, Naim vocatam, ingrediebatur, &
efferebatur vnigenitus matris filius iam
Luc.7. mortuus, tetigit corpus eius dicens: Ado-
leſcens, tibi dico, ſurge. Non ergo verbo
ſolùm ſemper (vt diximus) verùm etiam
tactu mortuos excitabat: vt oſtenderet
corpus quoq; ſuũ viuificare poſſe. Quòd
ſi ſolo tactu ſuo corrupta redintegrantur:
quomodo non viuemus, qui carnem illam
& gùſtamus, & manducamus? Reforma-
bit enim omnino ad immortalitatẽ ſuam
participes ſui. Nec velis iudaicè, Quomo-
dò? quærere, ſed recordare quanuis natu-
raliter aqua frigidior ſit, aduentu tamẽ ig-
nis frigiditatis ſuæ oblita æſtuat: hoc ſanè
modo etiam nos, quanuis propter natu-
ram carnis corruptibiles ſimus, participa-
tione tamen vitæ ab imbecillitate noſtra
reuocati, ad proprietatem illius ad vitam
reformamur. Oportuit enim certè, vt non
ſolùm anima per Spiritum ſanctũ in bea-
tam vitam aſcenderet, verumetiá vt rude
atque

atque terreſtre hoc corpus cognato ſibi guſtu, tactu, & cibo ad immortalitaté reduceretur. Nec putet ex tarditate mentis ſuæ Iudæus inaudita nobis excogitata eſſe myſteria: videbit enim ſi attentiùs quærit, hoc ipſum à Moſis téporibus per figuram ſemper factitatũ fuiſſe. Quid enim maiores eorũ ab ira Ægyptiorũ liberauit, quando mors in primogenita Ægypti ſęuiebat? Nónne omnibus palàm eſt, quia diuina inſtitutione perdocti, agni carnes manducârunt, & poſtes ac ſuperliminaria ſanguine perunxerũt, propterea morté ab eis diuertiſſe? Idem: Iure, inquit, ſanctæ congregationes die octauo in eccleſijs fiunt, & foribus ſublimiore modo clauſis viſibiliter ſimul atque inuiſibiliter Chriſtus omnibus apparet: inuiſibiliter quidem vt Deus, viſibiliter auté in corpore. Præbet enim nobis carné ſuam tãgendam, vt firmiter credamus, quia templum verè ſuum ſuſcitauit. Quòd auté myſticæ benedictionis communio, reſurrectionis Chriſti quædã confeſsio eſt, verbis ipſius probatur. Fractum enim panem diſtribuebat dicens: Hoc eſt corpus meũ quod pro vobis tradetur, in remiſsionem peccatorum: hoc facite in meam commemorationem. Lib. 12. cap. 58. Matt. 26.

Participatio igitur myſterij, vera quædam confeſsio & cõmemoratio eſt, quòd propter nos & pro nobis Dominus & mortuus ſit, & reuixerit, & diuina nos benedictione propter hoc replet. Fugiamus igitur infidelitatem poſt tactum Chriſti, & firmi atque ſtabiles ab omni longè ambiguitate inueniamur. Rurſum: Regulam, ait, accepit Eccleſia. Prohibemus enim à ſacra menſa cathecumenos, quanuis veritatem iam cognouerint, & fidem magna voce confiteantur: quia nondum locupletati Spiritu ſancto ſunt, qui non habitat niſi in eis, qui baptiſmate cõſummati ſunt. Vnde cùm baptiſmum receperint: quia Spiritus ſanctus habitare in illis creditur, à tactu & communione ſalutaris Chriſti corporis non prohibentur. Idcirco & accedẽtibus ad benedictionẽ myſticã, miniſtri myſterij magna voce clamant: Sancta ſanctis: ſolis ſanctificatis ſpiritu, tactum & ſanctificationẽ corporis Chriſti congruere ſignificantes. Hæc Cyrillus.

Eodem lib. c. 30.

9 Quẽadmodum in Chriſti incarnatione maximè patuit dei dignatio, qua ſeipſum humiliauit: ita & in hoc ſacramẽto cõmẽdatur Chriſti humilitas: vt diſertè docet beatus Auguſtinus in procemio Pſalmi 33.

Ferebat,

Ferebat,inquiẽs, illud corpus in manibus ſuis. ipſa eſt humilitas domini noſtri Ieſu Chriſti,ipſa multùm cõmẽdatur hominibus,ad ipſam nos hortatur, fratres, vt viuamus,id eſt, vt humilitatem eius imitemur,vt percutiamus Goliam, & tenentes Chriſtũ vincamus ſuperbiam.Hæc Auguſtinus.Sed quomodo,quæſo, commendatur alicuius humilitas quòd ſui imaginem relinquat,quum imagines honoris potiùs cauſa ſtatui ſoleant? Nõ ergo,iuxta Caluinianos, hîc humilitatẽ ſuã commendauit Chriſtus. At in eo vera cõſiſtit eius humilitas,quòd quẽadmodũ carnẽ ſuã etiã pro impijs & ab impijs tradidit crucifigẽdã,ita & nũc eam,nõ ab amicis ſolùm & pijs, verùm & ab impijs edi permittat.Huc pertinet quod ait Optatus lib.6.contra Parmenianum & Donatiſtas, altaria euertentes catholicorũ:Quid eſt altare,niſi ſedes corporis & ſanguinis Chriſti etc? Hoc modo Iudæos eſtis imitati.Illi manus iniecerunt Chriſto in cruce: à vobis percuſſus eſt in altari.Et quod Chryſoſtomus habet quodam in loco: Quod Chriſtus in cruce paſſus non eſt,id in oblatione patitur,& propter te frangi permittit. In 10. 1. ad Cor. homi. 24

Sicut Iudæi probare ſibi vidẽtur,Chri- 10

ſtum nõ eſſe filiũ Dei,hac ratione, ꝗ, ſi filiꝰ
Dei eſſet,erueretur ex manibus cõtrario-
Sap.2. rũ ſibi:Gloriatur,inquiunt,patrẽ ſe habe-
re Deũ. Videamus ergo ſi ſermones illius
veri ſint,& tentemus quæ vẽtura ſunt il-
li,& ſciemus quæ erunt nouiſsima illius.
Si enim eſt verus filius Dei, ſuſcipiet illũ,
& liberabit illũ de manibus contrariorũ.
Cõtumelia, & tormento interrogemus
eũ etc.ita etiã nũc infideles aiũt: Si corpus
Chriſti eſſet in euchariſtia,nec fractio, nec
incineratio,nec putrefactio ei cõtingerẽt.

11 Sicut incarnatus Deus adoratus fuit,dũ
hîc mortalis inter mortales adhuc verſa-
retur,& nunc in cœlo ſedens ad dexteram
Patris adoratur tã ab hominibus, quã ab
Philip.2. angelis etiã homo exiſtẽs:(iuxta quod ait
apoſtolus,de homine Chriſto loquẽs:De-
dit illi nomen, quod eſt ſuper omnẽ no-
men:vt in nomine Ieſu omne genu flecta-
tur,cœleſtiũ,terreſtrium,& infernorũ: &
omnis lingua confiteatur quia Dominus
Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris) ita
etiã ſemper adorata fuit ab eccleſiæ chri-
ſtianæ exordio Chriſti caro in euchariſtia.
Igitur verè in ea corporaliter eſt: quando-
quidẽ nulli niſi Deo tribuenda eſt huiuſ-
modi adoratio.Si tot retrò fideles viuificũ

Dei

Dei verbi corpus ibi non credidiſſent ita adeſſe, nunquàm certè tanta reuerētia qua faciebant, corpus ſuũ ante euchariſtiá proſtrauiſſent: nũquã ei diuinũ honoré detuliſſent. Abſit enim, vt idololatriá vel creaturæ puræ adorationé, vnquam admittat Chriſti eccleſia. Porrò, quòd ſemper olim fuerit adorata euchariſtia à Chriſtianis, ſicuti nũc à catholicis adoratur, nõ difficile erit oſtendere. Arguit quoſdã Corinthiorũ Apoſtolus, quòd corpus Domini non dijudicarēt, hoc eſt, interprete Auguſtino, nõ diſcernerēt à cæteris cibis veneratione ſingulariter debita. At, quænã veneratio euchariſtiæ tam ſingulariter eſt debita? niſi quia in ea verè agnoſcitur pręſens eſſe corpus domini, & vt tale mente colitur, adoraturq; & corpore. Vnde & alibi Auguſtinus: Neque enim fruſtra ita diſtincti ſunt, vt de pauperibus ſuprà diceretur, Edent pauperes & ſaturabuntur: hîc verò, Manducauerunt & adorauerunt omnes diuites terrę. Et ipſi quippe adducti ſunt ad menſam Chriſti, & accipiunt de corpore & ſanguine eius: ſed adorant tantùm, non etiã ſaturantur, quoniam non imitantur. Mãducãtes enim pauperé, dedignãtur eſſe pauperes. In Pſalmũ quoq; 38. ſcribēs ad il-

Epiſt. 117

In epiſt. 120.

Pſal. 21.

 lum ver-

Eadem habet in cõment. Pſal. 21. illũ verſum: Adorate ſcabellũ pedũ eius: Nemo, inquit, carnẽ Chriſti mãducat, niſi priùs adorauerit. Rurſus: Quia, ait, in ipſa carne hîc ambulauit, & ipſam carnẽ nobis manducãdam ad ſalutem dedit: nemo autem illam carnem mãducat, niſi priùs adorauerit: inuentum eſt, quẽadmodũ adoretur tale ſcabellum pedum Domini, & non ſolùm nõ peccemus adorando, ſed peccemus nõ adorãdo. Nunquid autem caro viuificat? Ipſe Dominus dixit, cùm de ipſa cõmendatione eiuſdem terræ loqueretur: Ioan. 6. Spiritus eſt qui viuificat, caro autem nihil prodeſt. Ideo & ad terram quamlibet cùm te inclinas atq; proſternis, nõ quaſi terram intuearis, ſed illũ ſanctũ, cuiꝰ pedũ ſcabellũ eſt quod adoras: propter ipſum enim adoras. ideo & hîc ſubiecit: Adorate ſcabellũ pedum eius, quoniã ſanctũ eſt. Quis ſanctus eſt? In cuius amore adoras ſcabellũ pedum eius. Et cùm adoras illum, ne cogitatione remaneas in carne, ne à Spiritu non viuificeris: Spiritus enĩ, inquit, viuificat, caro autẽ nihil prodeſt. Tunc autẽ quando hoc Dominus commendauit, de carne ſua Ioan. 6. locutus erat, & dixerat: Niſi quis mãducauerit carnem meã, nõ habebit in ſe vitam. Hæc Auguſtinus. Ideo verò ita loquitur

Auguſt:

Auguſt: Ad quamlibet terram cùm te etc. quaſi multæ eſſent terræ adorandæ: non quidẽ quin vnica ſit caro Chriſti, ſed quia in multis altaribus ſub diuerſorum panũ ſpeciebus offertur. Atque ex Ambroſio ſumpſiſſe videtur talem illius pſalmi verſus tractationem. Dicit enim ſic Ambroſius: Videamus ne terram illam dicat adorandam Propheta, quam dominus Ieſus in carnis aſſumptione ſuſcepit. Itaq; per ſcabellum terra intelligatur, per terram autem caro Chriſti, quam hodie quoque in myſterijs adoramus, & quam Apoſtoli in domino Ieſu, vt ſuprà diximus, adorârũt. Neque enim diuiſus Chriſtus, ſed vnus. Neque cum adoraretur tanquã Dei filius, natus ex virgine negabatur. Sic & Chryſoſtomus: Hoc corpus in præſepe reueriti ſunt magi, & viri impij, & barbari longo itinere confecto, cum timore & tremore plurimo adorauerũt. Imitemur igitur ſaltem barbaros nos, qui cœlorum ciues ſumus. Illi enim cùm id præſepe & tuguriũ tantùm, neque eorum quicquam quæ tu nũc intueris, viderent, ſumma acceſſerunt reuerentia & horrore. Tu verò, nõ in præſepe id, ſed in altari: non, mulierem quæ in vlnis teneat, ſed ſacerdotem præſentẽ, & Spiritum

Libr. 3. de Spiritu ſancto cap. 11.

Hom. 24 in priorẽ epiſt. ad Corin.

Spiritũ perabundè ſuper propoſito diffuſum ſacrificio vides. Nec ſimplex vt illi corpus intueris, ſed & eius potentiam & omnem cognoſcis adminiſtrationem, & nihil eorum quæ per ipſum facta ſunt, ignoras, & diligenter initiatus es in omnibus. Excitemur igitur, horreſcamuſque, & maiorem quàm Barbari illi feramus pietatem, vt non ſimpliciter neque frigidè accedentes vehementiori igni caput obijciamus. Hæc autem non dico vt non accedamus, ſed ne temerè accedamus. Hæc Chryſoſtomus. Baſilius item, inter non ſcriptas traditiones recenſet Chriſti inuocationem in Euchariſtia. Inuocationis verba, inquit, cum oſtenditur panis euchariſtiæ et poculum benedictionis, quis ſanctorum in ſcripto nobis reliquit? Sic & Theodoret⁹: Intelligũtur, ait, myſtica ſymbola quæ facta ſunt, & creduntur, & adorantur, tanquam ea exiſtẽtia quæ creduntur.

Li. de ſpiritu ſancto. c. 27.

Dialog. 2 in Polymorpho.

Obiectioni occurritur.

Sed Apoſtoli, inquiunt, non proſtrati adorârunt, verùm diſcumbentes acceperunt & manducârunt. Imò ſedentes adorauerunt. Non enim tantùm in genuflexione aut corporis in terrá proſtratione ſita eſt adoratio, verumetiã venerabũdo

(vt ſic

(vt ſic dicam)rei adorãdæ aſpectu , tactu, & multis alijs modis. Demus autem, Apoſtolos non adoraſſe Euchariſtiã: vti cõſtat quòd nec Chriſtũ ſemper adorauerũt: an tamen malè egerũt Magi, malè qui cæcus erat natus, malè Magdalena, cũ Chriſtum procidentes adorârũt? minimè. Non omni tempore neceſſariũ eſt, Chriſtum præſentẽ vel in propria ſpecie, vel velatũ in Euchariſtia, corpore in terrã proſtrato adorare. At ſurſum corda habere iubemur, inquit Caluinus: nõ igitur adorãda eſt euchariſtia, quam nobis ob oculos in altari proponimus. quaſi ſcilicet nõ ſurſum cor habuerint, qui hîc mortalẽ adhuc viſibilemq; Chriſtum adorauêre. Surſum cor habere iubemur. fateor. at nõ quod ad loci altitudinem attinet, ſed in altum Deum, grãdiaq; & ſublimia illa ſalutis noſtræ myſteria ipſum erigẽdo. Si Chriſtũ vel mortuũ vel ſepultũ vel ad inferos deſcendentem contemplaris , iam omnino cor ſurſum erigis. Vadiliùs autem ſe tollere putat adorationẽ Caluinus, negando diuinitatem concomitari Chriſti corpus : Quaſi videlicet corpus quod traditũ eſt pro nobis in cruce, quod Chriſtus dixit ſe in cœna porrigere diſcipulis ſuis, vſquam queat à diuini-

Ad aliã obiectionem.

Ad tertiã

à diuinitate ſeparatum eſſe, quum nullam habeat ſubſiſtentiam ſeu perſonam, in qua ſubſiſtat, niſi Dei Verbi. Si carnem diuinitate non comitatam nobis communicaret Chriſtus, quid nobis prodeſſet? Spiritus eſt & diuinitas quæ viuificat: caro nõ prodeſt quicquam ex ſua ſolius virtute. Porrò hanc diuinitatis cum carne Chriſti concomitantiam, clarè ex ſcriptura aſtruit ſynodus Epheſina prima: quemadmodum
Fol. 18. ex ſuprà poſitis à nobis eius verbis ſatis liquet. Neſtorij enim ſententia erat, carnem quidem hominis eſſe in ſacramento, ſed non filij Dei. Vnde in epiſtola ad Cyrillũ: Hoc eſt, inquit, non diuinitas mea, ſed corpus meum quod pro vobis frangitur. Et quidem nos non dicimus corpus eſſe diuinitatem, ſed Dei: haud ſecus ac Petri carnem eſſe non Petrum, ſed Petri carnem. Neſtorius autem, Euchariſtiam corpus filij Mariæ, non proprium filij Dei corpus eſſe aſſerebat.

Ad vndecimã reprehẽſionem Theodoreti.

Sed reſpõdet Cyrillus, Nõ quia diuinitatis minimè comeditur natura, propterea corpus Chriſti cõmune eſſe quis affirmat. Sic enim argumẽtabatur Neſtorius: Caro Chriſti comeditur, & diuinitas comedi nõ poteſt, ergo caro Chriſti diuinitatem non

habet: vt

habet: vt patet in reſponſione ad vndecimam reprehenſionem, & in libro de recta fide ad Theodoſiũ. Viuificat nos vt Deus, inquit Cyrillus, veruntamen non in ſolo hoc quòd particeps eſt Spiritus ſancti, ſed, & manducabilem apponens aſſumptam carnẽ filij hominis. dicebat enim: Niſi manducaueritis carnem etc. & eodem libro: Non eſt eſibile Verbum Dei, ſcilicet ſecundùm ſe, ſicut non paſsibile Verbum Dei. vbi Cyrill⁹ de corporali eſu agit. alioqui Sapientia de ſpiritali eſu agens: Qui edunt me, inquit, adhuc eſurient. Apud Cyrillum. Eccl. 24.

Rurſum argutatur Caluinus: Corpus Chriſti nõ eſt Chriſtus: igitur corpus eius, etiam ſi cum diuinitate coniunctum ſit, in Euchariſtia non eſt adorandum. Sed friuolum eſt hoc argumentum, cùm illud adoremus non quaſi Chriſtus ipſe eſſet ſuum corpus, ſed quia Chriſti eſt & in eadem perſona ſubſiſtit: ita vt quicquid eius corpori fiat, ipſi Chriſto fieri non dubitetur: Sicut ridicula eſt hæc argutia: ſi quis lædens caput vel brachium regis, dicat ideo ſe regem non lædere, quòd neutrum illorum rex ſit. In illo ſacramento, inquit Ambroſius, Chriſtus eſt, quia corpus eſt Chriſti. Rurſum: Chriſtus offertur in terris, quan- c. 9. de myſt. initiandis. In pſa. 38

ris, quando Chriſti corpus offertur.

Obijciunt aliud cõtra Euchariſtię adorationẽ. Adorans euchariſtiam, inquiunt, ſaltem in periculum incidit artolatriæ ſeu cultus panis: quãdoquidem ſi quis impius ſacerdos verba cõſecrationis omittat, vel loco vini aquam ſumat conſecrandam, & ita leuet: populus adorabit creaturã. Certum autem videtur, Deum non voluiſſe nobis dare vel occaſionem quantumuis paruam incidendi in periculũ idololatrię.

Reſpondeo, nihil obfuiſſe Iacob, quòd ignoranti pro Rachel in concubitu Lyam ſubſtituit Laban, nec ex eo adulterum iudicandũ: quia bona fide reputauit ſe commiſceri vxori ſuæ Racheli. Ita nec artolatra cenſendus eſt, qui adorat Chriſtum in pane non conſecrato, quem putat bona fide conſecratum: Sicut nec periculosè errat, qui falſum fratrem, & ſimulatorem fidei habet pro fideli, atque hac ratione eum honorat: quia non impietatem hypocritæ, ſed fidem, quam in eo eſſe putat, honorat. Pulcherrimè Auguſtinus: Opus eſt, inquit, dijudicare atq; dinoſcere, cùm ſe Satanas transfigurat velut angelum lucis, ne fallendo ad aliqua pernicioſa ſeducat: nam quando ſenſus corporis fallit, men-

Enchir. cap. 60.

lit, mentem verò non mouet à vera rectaque ſententia, qua quiſque vitam fidelem gerit, nullum eſt in religione periculum, vel cum ſe bonum fingens ea facit ſiue dicit, quæ bonis angelis congruunt, etiam ſi credatur bonus, non eſt error chriſtianæ fidei periculoſus aut morbidus: Cum verò per hæc ad aliena incipit ducere, tunc eum dinoſcere, nec ire poſt eum, magna & neceſſaria vigilantia eſt. Hæc Auguſtinus. Argumentum autem iſtud, ſi quid vigoris habeat, æquè obijci poteſt cõtra adorationem Chriſti hîc adhuc in terra viuentis. Si enim aliquis deriſor Chriſti hominibus, qui vel Chriſtũ de facie non nouerant, vel cæci erãt, dixiſſet tranſeunte Petro: Ecce Chriſtus tranſit: & illi adoraſſent, vel clamaſſent: Miſerere mei fili Dauid etc. nunquid hi Petrum adoraſſent? non, ſed Chriſtum, quem præſentem eſſe exiſtimaſſent, in quem mentem & cor direxiſſent. Illi autem qui fatentur in euchariſtia eſſe carnem Chriſti, & eam adorare nolũt (Brentiani nimirum) planè fatui ſunt. Quanquam enim peculiare nuſquam hac de re præceptum inueniatur, tamẽ plùs ſatis præceptum id eſſe intelligitur, quando

mandatur

mandatur Dei filius adorari:cuius in Euchariſtia propriam,& ad eius perſonā pertinentem carnem reipſa adeſſe cōcedunt. Quemadmodum qui patrem håbet,nomine fortè Guilhelmum,vtſciat ſe eum debere colere & venerari , ſat eſt quòd eum patrem ſuum agnoſcat, & intelligat præceptum eſſe:Honora patrem tuum & matrem etc.impium autem eſt ſi dicat, peculiariter de honorando patre ſuo Guilhelmo nullũ Dei pręceptum extare. Sed aiũt Brentiani:Si vbicunq; eſt corpus Chriſti, adſit Chriſti diuinitas : ergo contrà,Vbicunque diuinitas Chriſti fuerit,erit & eius humanitas.quaſi videlicet diuinitas ſuſtētetur ab humana natura,ſicut humana natura in Chriſto aliam ſubſiſtentiam nō habet quàm perſonam filij Dei: aut quaſi diuina natura humanam non excedat. Sicut igitur conſequitur,ibi eſſe animā vbicunque fuerit viſus:non autem, vbicunq; anima fuerit,ibi & viſum eſſe:Ita etiā, etſi verum ſit ibi diuinitatē Chriſti eſſe, vbicunque fuerit corpus eius : non ediuerſo ſequitur,ibi ſemper eſſe corp⁹ Chriſti, vbi fuerit ipſa Chriſti diuinitas. De concomitantia ſanguinis cum corpore,& corporis cũ ſanguine, alias Deo donāte erit ſermo.

Hactenus

Hactenus catholicam et genuinam verborum domini: Hoc eſt corpus meũ etc. ſententiá expoſuimus, aduerſus Caluinũ cæteroſque ſacramentarios: qui vt verum ſenſum dictorũ verborũ euertant, ad metonymię cõfugiunt patrocinium, Originẽ imitantes, qui allegorijs fabuloſis hiſtoriá Geneſeos corrũpebat. Id quod & Priſcillianiſtas feciſſe, ſcribũt Auguſtinus et Epiphanius. Arriani itidem & Lucianiſtæ, vt animá in Chriſto fuiſſe negarẽt, per tropũ dictum eſſe contendebant: Triſtis eſt anima mea etc. ſicut tropicè dixit Pater, Cõplacuit animæ meæ. Sic quoq; & Ioannes VVyclef, quò baptiſmi neceſsitatem tolleret, dicebat in dicto Chriſti: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu etc. aquã intelligi non quamlibet, ſed quæ pòſt fluxit ex latere Chriſti crucifixi (quá Caluinus etiá per tropũ, pro ſpiritu ſancto accipit). Sic denique Cerinthus & Neſtorius, ne à ſcripturis cogerentur fateri Ieſum fuiſſe Deum, miros in ſcripturis quibus premebantur, excogitabant tropos. Quæ idcircò hîc recenſeo, vt intelligat quiſque, ſpiritu eodem hodiernos Eccleſię catholicę aduerſarios, contra Chriſti euangelium inſanire, quo olim omnes illi, patres ſanè

Lib. de hæreſ. ad Quod-vult Deũ & Epiph. li. de hære.

eorum,euangelij claram veritatem conati ſunt euertere.

Reſponſio ad argumenta Caluini & aliorum.

SVpereſt vt iſtorum metonymicorũ argumenta diſſoluamus. Ea autẽ varij ſunt generis. Quędã ex ratione ſacramẽti,quædã ex pane,ex quo hoc ſacramentũ cõficitur: alia aũt ex natura & dignitate dominici corporis petuntur. Primum habet Caluinus ſcribens contra Ioachimum,VVeſtphalum Lutheranum.

In vltima admon. Weſtphali.

[Hîc murus,inquit,ahêneus eſt:quia ſacramentum inſtituebat Chriſtus, ſacramentaliter debere exponi eius verba pro cõmuni ſcripturæ more. Nam ſacramentis omnibus hæc quaſi perpetua regula eſt, vt ſignum rei ſignatæ nomẽ accipiat.]

O murũ ahêneum ſacramentario: Catholico verò vix fictilẽ,imò nec fictilem. Murum ahêneum id dicis:& dum probas, non audes(parum ſcilicet ſecurus)dicere, omnibus ſacramentis perpetuã eſſe regulam,vt ſignũ nomen rei ſignatæ accipiat: ſed quaſi perpetua,inquis,eſt regula. Murus igitur tuus ahêneus, ex propoſitione

fermè

fermè vniuerſali concludit ad hũc modũ: In omni ſacramento ferè ſemper ſignũ accipit nomen rei ſignatę: Euchariſtia eſt ſacramentũ: ergo in ea ſignũ accipit nomen rei ſignatæ. Viden quàm apparẽs ſit collectio. Puerorum eſto iudiciũ, an ex particularibus propoſitionibus validè inferatur concluſio. Sed ampliùs: Si quaſi perpetua eſt regula, nonnunquam ergo fallitur. quod ita eſſe, reuera non dubitamus: vſqueadeò vt regula dici non mereatur. Percurre ſcripturas de baptiſmi ſacramento loquentes: propriè ac abſque tropo eas loqui videbis. Matthæi vltimo habetur: Baptizantes eos in nomine patris, & filij, & Spiritus ſancti. Ioannis 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt videre regnum Dei. Ad Epheſios 5. Mundans Eccleſiam lauacro aquæ in verbo vitæ. Ad Titum 3. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, hoc eſt, per aquam regenerantem, ſeu, ex qua renaſcimur. Quid horũ, quęſo, metonymiam, quid tropum ſonare audis? Non eſt hîc ſignũ quod ſignati nomẽ accipiat. Inuenio quidẽ, Spiritũ ſanctũ aquã nuncupatum, ſed per ſimilitudinem, ſicuti per metaphoram, Chriſtus dicitur Leo, Ioan. 7.

Lapis, Vitis etc. non per metonymiam: vbi nulla eſt ſacraměti mentio. Rurſum, expende ſcripturas quæ de remiſsione ſiue reconciliatione Sacerdotis, de manus impoſitione (quam vſitatiùs Confirmationem appellamus) ad accipiendum Spiritum ſanctum, de extrema vnctione, de manus impoſitione ad epiſcopatum, de Chriſtiano cõiugio agunt: nuſquam hanc regulam agnoſcas. etenim ſimpliciter, & ſine tua metonymia omnes loquuntur. Sed etſi ad eas tranſeamus, quæ veteris legis vel etiam quæ ante legem extiterunt, ſacramenta deſcribunt: nec ibi fictam hanc regulã locum habere comperimus. Magna indubiè ſacraměta erant ſacrificia Abelis, Noë, Melchiſedech: Abraham verò præcipuè, dum filium ſuum obtulit, ipſiuſque Iob: nec tamen ſcripturas de illis per metonymiam eſſe locutas monſtrabis. De Abele quidem non ignoro

Geneſ. 4. dictum: Et reſpexit Dominus ad Abel, & Gene. 8. ad munera eius: de Noë verò, quòd dominus odoratus eſt odorem holocauſti eius: atque vtrobique Chriſti ſacrificium præſignatum, attamen etiam ſine metonymia acceptus textus verus eſt: ea videlicet ſigna domino Deo grata fuiſſe, licet ob rem futuram

futuram,cuius ipſa erant figuræ. Similia multa eſt videre in lege Moyſi:vt quæ de agno paſchali,iugi ſacrificio,panibus propoſitionis,ſacrificio expiationis, & alijs ſacramentis dicuntur. vniuerſa ſine metonymia explicentur. Et ſi ſanè in reliquis ſacramẽtis vera eſſet, quã excogitat Calninus,regula,loqueretur q́; ſcriptura ſemper metonymicè:cõnexio tamẽ eius eſſet infirma.habet nãq́; quodlibet ſacramẽtũ, vt Spiritui ſancto placet, ſuam dignitatem & ab alijs diſtinctionem.Non aſtrinxit ſeſe formis excogitandarũ pro noſtro libitu locutionum. Quæ verò nobis tradidit de veritate corporalis pręſentię domini in Euchariſtia,tam clara ſunt, vt argumenta ex figuris locutionum petita,fidelibus,& de veritate verborum domini nil ambigentibus, non ſolùm non muri ahênei ſint,ſed nec fumi,nec nebulæ quãtunuis tenuis vim obtineant. Siquidem fidelium muri, non in hominum ſapientia, multò minùs verò in figuris locutionum,cõſtructi ſunt:ſed in virtute Spiritus,eccleſiam Chriſti gubernãtis & protegentis,eſt fides eorum:Quos ſatis docet idem ipſe Spiritus,& Antropomorphitarum ſtolidam proprietatem, & vaniores

 Orige-

Origeniſtarum vitare allegorias.

Videamus interim, vt probet Caluinus ſuam regulam. Citat in primis ſimiles (vt putat) locutiones huic: Hoc eſt corpus meum, ex veteris inſtrumenti ſcripturis, Circuncisio eſt fœdus, Agnus eſt tranſitus, Sacrificia legis ſunt peccatorum expiationes: Deus præſens eſt in arca, iuxta illud: Nõ apparebis in cõſpectu meo vacu⁹, vel vt aliàs loquitur.* Arca eſt Dei præſentia. Ex noui teſtamenti, has: Columba eſt ſpiritus ſanctus, Chriſtũ induiſtis, Petra erat Chriſtus, & (ad nouitatem locutionum oſtendendam) Eccleſia eſt Chriſtus: quæ, inquit, in proprio ſenſu abſurdior eſt iſta: Panis eſt corpus. Singulas itaq; expẽſuri, cupimus diligenter in primis notetur, in nullo exemplorum ex veteri inſtrumẽto productorum, Attributũ ſeu Prædicatum eſſe nomen quod ſubſtantiam deſignet, ſed tantùm quod naturæ extrinſecum eſt & quoddam aduentitium accidens. In ijs verò quæ citat ex nouo teſtamento: tãetſi attributum ſeu prædicatum ſit nomen ſubſtantiæ, tamen manifeſtè iuxta fidem catholicam prorſus eſt à Subiecto ſeparatum, vt locutio propriè nequeat intelligi. ac proinde quàm diuerſiſsima ſunt exempla ab

In vltima admonit. VVeſtphali fo. 147.

*In defenſione contra VVeſtphalum.

pla ab hoc Domini dicto, Hoc eſt corpus meum: vbi ſcilicet Prędicatum non accidentis nomen eſt, ſed ſubſtantiæ, nec omnino eſt ſeparatum à ſubiecto. Hoc præmonito, primam ſcripturam diſcutiamus: Circuncißio eſt fœdus. Nuſquam in ſcriptura ſacra id legas, ſed ad Caluini mendacia ſpectat. Geneſis 17. legimus: Hoc eſt pactum meum, quod ſeruabitis inter me & vos, Circuncidetis ex vobis omne maſculinum: ſed non, Circuncißio eſt pactum. Non enim circuncißio fuit pactum illud, ſed, præceptum vt ſe circunciderent: Sicut apud Hieremiam vetus pactum quod irritauerant Iudæi, decalogus dicitur, non autem ipſa decalogi obſeruatio. Simili ergo modo, dum dicitur: Eritq; pactū meū in carne veſtra: perinde eſt ac ſi dicatur: Cōplebitur pactū meum, ſiue præceptum, in carne veſtra. Et quod additur: Erit pactum in carne veſtra in Gene. 17.
fœdus æternum, ſignificat hoc fœdus debere inperpetuum Abraham eiuſque poſteros obſeruare. quaſi dicat dominus: Pactum meum erit in carne veſtra pactum æternum, hoc eſt, in æternum complebitur in carne veſtra. Fateor quidem, quòd ipſe textus Geneſios dicat circuncißionē

eſſe ſignum fœderis, ſed tamen proprio ſermone, longeq́ue aliter quàm prętendit Caluinus panem eſſe ſignũ dominici corporis. Dicitur enim pacti à Deo cũ ſtirpe Abrahæ initi ſignum, ſicut effectus cauſam deſignat, ſicuti variegata veſtis indicat cuiná ſit ſeruus qui eã induit. Per analogiam autẽ & ſimilitudinẽ, nequaquam pactum illud deſignat, ſed fidei iuſtitiam, cordis circunciſionem, & baptiſmum, in quo homo ſpiritu circunciditur: quemadmodum in epiſtolis ad Romanos & ad Coloſſenſes docet Apoſtolus. Quarè nihil ad metonymiam in verbis cõſecrationis ſtatuendam conducit exemplum circunciſionis.

Rom.2. & 4. Coloſ.2.

2\. Eiuſdẽ farinæ eſt ſecũdum exemplum: Agnus eſt tranſitus, ſiue Phaſe. hic enim ſermo in ſcripturis ſacris non legitur. Eſt quidem Exodi 12. ſcriptum: Immolate phaſe: Non confringetis os phaſe: Omnis alienigena non comedet ex phaſe: vbi nomine phaſe (quod ad verbum, tranſitum ſignificat) intelligitur agnus quem iuſſu Domini immolabant filij Iſraël, cuiuſque ſanguine poſtes ſuòs obliniebant, eo veſpere, quo eos Dominus erat ex Ægypto educturus. Cæterùm, aduertere oportet

hoc

hoc capite triplicem commemorari tranſitum. Primus eſt angeli de nocte per terram Ægypti tranſeuntis, ſimulque omne primogenitum Ægyptiorum necantis. Secundus eſt: quando viſo ſanguine agni in poſtibus domorum filiorum Iſraël, velut ſigno atteſtante ibi Iſraelitas habitare, præterijt ipſe percuſſor angelus, à Domino non permiſſus eò ingredi. Tertius eſt ipſorum filiorum Iſraël ex Ægypto. Nullum horum deſignat agnus qui quotannis immolabatur & comedebatur, niſi ſecundum: idque hoc ſenſu, quia Dominus prohibuerat percuſſori angelo, ne quenquam qui poſtes domus ſuę ſanguine eius tinxiſſet, læderet. Erit, inquit, vobis in ſignum, (hoc eſt, pro vobis erit angelo percuſſori ſignum) videbo ſanguinem, & tranſibo vos. At quid hæc ſignificatio ad illam, qua corpus Chriſti per panem deſignari fingitur? Signa eiuſmodi nullam analogiam aut ſimilitudinem cum re ſignata requirunt, ſed pro placito aſſumuntur: ſicuti Moyſis miracula teſtabantur Moyſen à Deo eſſe miſſum. Agnus igitur tranſitus appellatur magis per illum tropum, quo cauſa recipit nomen ſui effectus: vtpote cuius ſanguinis litione li- Exod. 12.

ne li-

ne liberati ſunt Iſraëlitæ ab angelo percutiente, tranſeunte, & occidente vbicunque non inueniebat domus poſtes eo ſanguine oblitos. Putare autem propterea vocari tranſitum, quòd ad deſignandum ſeu commemorandum tranſitum Iſraëlis ex Ægypto immolaretur (quanquam nec ſi hoc quoque ſingatur, poterit hæc ſignificatio Caluino patrocinari) apertus eſt error: quum nõ tantùm agnus ille, qui longo pòſt tempore immolabatur in paſchatis feſto, phaſe vocetur, ſed etiam is, qui priuſquam migrâſſent ex Ægypto immolatus eſt: vt clarè conſtat Exodi 12. Significatione verò ex ſimilitudine & analogia ſumpta (de qua omne inter nos certamen eſt) ipſum Chriſtum ſignificat: vt affirmat ipſe Dominus Lucæ vigeſimo ſecundo, Ioannes Baptiſta Ioannis primo, & Ioannes Euangeliſta cap. 19. Petrus prioris ſuæ epiſtolæ cap. 1. & Paulus prioris ad Cor. 5. Quarè ſi in ſcripturis vſquam reperiſſet Caluinus huiuſmodi locutionem: Agnus in Paſcha immolatus eſt Chriſtus: aut, Circuncíſio carnis eſt circuncíſio ſpiritus: aliquanto tolerabiliorem faciem haberent exempla eius.

Quid per analogiã agnꝰ ille deſignârit.

3 Tertium exemplum Caluinicæ regulæ

eſt: Sa-

eſt: Sacrificia ſunt expiationes peccatorum. Legimus in Leuitico ſacrificijs dimitti peccata, quòdque ſanguis animalium pro animæ piaculo eſt: & apud Apoſtolum, omnia penè in ſanguine mundari, ac ſine ſanguinis effuſione non eſſe remiſsionem. Nec etiam dubium eſt, quin omnibus illis ſacrificijs Chriſtus ſacerdos noſter & hoſtia præſignatus fuerit: at quòd per illa ſacrificia hominibus pœnitentibus & in Chriſtum credentibus non fuerint remiſſa peccata, non video qua ratione probabit Caluinus. Leuit. 17. & 4. Heb. 9.

Quamobrem non eſt neceſſe, has ſententias: Orabit pro peccato eius ſacerdos, & dimittetur ei: &, Sanguis pro animæ piaculo eſt, ac pleráſq; ſimiles, impropriè aut meditatis tropis exponere. Sed vtrumlibet accipe, Caluine: Vel de carnali Iudæo offerente ſacrificiũ loquitur ſcriptura dicens: Orabit pro eo ſacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei: atque vt vera ſit ſcriptura, peccatorum remiſsionem intellige non ſpiritalem, qua anima Deo reconciliatur ad euaſionem æternæ pœnæ, ſed quandam à temporalibus ſupplicijs ereptionem: Aut de ſpiritali Iudæo loquitur, vbi ait: Dimittetur ei. qui ſermo Leuit. 4. Leuit. 17.

Moyſi ſine tropo verus eſt: Quemadmo-
Ioan. 20. dum illi, Quorum remiſeritis peccata, re-
Epheſ. 5. mittuntur eis: &, Mundat eccleſiam laua-
2. Tim. 1. cro aquæ: &, Gratia eſt in te per impoſi-
tionem manuum mearum etc. vtq; multi
Ser. 5. de ſimiles. Originem, ait Leo, quam ſumpſit
Nati do. in vtero virginis, poſuit in fonte baptiſ-
matis. Dedit aquæ quod dedit matri. Vir-
tus enim altiſsimi & obumbratio Spiritus
ſancti, quę fecit vt Maria pareret Saluato-
rem, eadem fecit vt regeneret vnda credē-
tem. Quid enim ſanandis egris, illuminā-
dis cæcis, viuificandis mortuis aptius fuit,
quàm vt ſuperbiæ vulnera humilitatis re-
medijs curarentur? Hæc ille. Verùm de
nouæ legis ſacramentis alibi plura. De
Quæſt. 25. ſuper Numer. veteribus autem ſacrificijs rectè Auguſti-
nus: Hoc, inquit, genus peccati (ſcilicet ſu-
perbiæ) non dixit vllo genere ſacrificij
purgari oportere, tanquam inſanabile iu-
dicans, illa duntaxat curatione, quę per ſa-
crificia gerebatur: qualia facienda in hac
ſcriptura præcipiuntur: Quæ ſi per ſeipſa
attendātur, nullo pacto poſſunt mederi: ſi
autem res ipſæ quarum hæc ſacramenta
ſunt inquirantur, in eis inueniri poterit
Cap 3. purgatio peccatorū. Item libro 6. contra
Iulianum: Circunciſione corporis aufer-

tur in-

tur infanti originale peccatum. Venit ad Abraham Dominus, inquit Ambroſius, venit ad Moſen, venit ad Mariam: hoc eſt, venit in ſignaculo, venit in lege, venit in corpore. Aduentum eius ex beneficijs recognoſcimus: alibi purificatio, alibi ſanctificatio, alibi iuſtificatio eſt. Circũciſio purificauit, ſanctificauit lex, iuſtificauit gratia. Vnus in omnibus, & vnũ omnia. Nemo enim mundari poteſt niſi qui metuit Dominum. Nemo legem meretur accipere, niſi purificatus à culpa. Nemo accedit ad gratiam, niſi nouerit legẽ. Ergò populus Iudæorum neq; purificari potuit, quia circuncifionem non animi ſed corporis habuit: neque ſanctificari, quia virtutem legis ignorauit, qui carnalia magis quàm ſpiritalia ſequebatur: (lex autem ſpiritalis eſt) neque iuſtificari, qui delictorum ſuorum pœnitentiam non gerebat, & ideo gratiam neſciebat. Subſcribit his Leo: Et hoc, inquiens, magnæ pietatis ſacramentum, quo totus iam mundus impletus eſt, tam potens etiam in ſuis ſignificationibus fuit, vt non minus adepti ſint qui in illud credidêre promiſſum, quàm qui ſuſcepêre donatum. Et ſermone alio: Patriarchæ, inquit, & prophetæ, & ſacerdotes, omnéſq;

Lib 7. in Luc. c. 13.

Ser. 3. de Nati. do.

2. de Penthecoſte

omnéſque ſancti qui prioribus fuêre temporibus, eiuſdem ſunt Spiritus ſancti ſanctificatione vegetati, & ſine hac gratia nulla vnquam inſtituta ſacramenta, nulla ſunt celebrata myſteria: vt eadem ſemper fuerit virtus chariſmatum, quànuis non eadem fuerit mēſura donorum. Hæc Leo. En, hi de tropo nil cogitantes, verùm ſenſu proprio ſua dicentes, aſſerunt Dominum per circunciſionem & ea quæ erant ſub veteri lege ſacramenta, purgâſſe homines à peccatis. Nec his obſtat quod
Hebr. 10. ait Apoſtolus, Impoſsibile eſt ſanguine hircorum auferri peccata. Ibi enim non negat, Chriſti ſanguinem per vetera illa ſacrificia operatum, ſed tātùm dicit ipſum brutorum ſanguinem, ſi ſeorſum à Chriſti ſanguine conſideretur (quemadmodum Iudæi carnales eum ſibi applicabant: dum relicto corpore, vmbræ ſequebantur inanitatem) nil gratiæ corā Deo propria virtute hominibus afferre: vti ſanè ex textu vel vtcunque expenſo ſatis liquet. Rectè itaque hic ſermo, Sacrificia ſunt expiationes peccatorum: ſine metonymia intelligi poteſt.

4 Quartum exēplum eſt, quòd Deus dicitur in arca fuiſſe præſens: iuxta quod ſcri-

ſcriptũ eſt: Nõ apparebis in cõſpectu meo vacuus. Et tamẽ (ſubdit Caluinus) arca nõ eſt verſa in diuinitatem: ſed quia ſignificabatur Deus ibi, ideo dicitur præſens fuiſſe. Exod 32.

Reſpondeo: Ibi peculiariter Deus præſens eſſe dicitur, vbi peculiaria bona operatur & gratiã ſuã effundit: iuxta id quod Iacob à ſomno expergefactus dicit (poſtquàm magnificam promiſsionem à Deo accepiſſet, ac intuitus fuiſſet ſcalam ad cœlos vſq; porrectam, perq; eam & aſcẽdentes & deſcendentes angelos) Verè Dominus eſt in loco iſto. Ad eundem modũ dicebat Samuel: Num corã domino eſt Chriſtus eius? quaſi dicat: Hicne eſt, quem Domino placet vngere? Et ipſe Dominus ſimili locutione vtitur 3. Reg. nono, vbi velut explicans quomodò in templo habitaret, ait: Erunt oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus: nempe ad exaudiendum in eo me deprecantes. Idq; in ſua oratione explicat Salomon: Ergóne, inquiens, putandum eſt, quòd verè Deus habitet ſuper terram? Si enim cœlum & cœli cœlorum te capere non poſſunt, quanto magis domus hæc quam ædificaui? Sed reſpice ad orationem ſerui tui, & ad preces eius Domine Deus meus: audi hymnum & orationem

Geneſ. 28

1. Reg. 16

3. Reg. 8.

tionem quam ſeruus tuus orat coram te hodie, vt ſint oculi tui aperti ſuper domũ hanc nocte ac die: ſuper domũ de qua dixiſti, Erit nomen meum ibi: vt exaudias orationẽ quã orat in loco iſto ad te ſeruus tuus: vt exaudias deprecationẽ ſerui tui & populi tui Iſraël, quodcũq; orauerit in loco iſto, & exaudies in loco habitaculi tui in cœlo: & cùm exaudieris, propitius eris.

Pſal. 5. Hinc & Pſalmiſta canit ei: Non habitabit iuxta te malignus, neq; permanebũt iniuſti ante oculos tuos. Quia itaq; dicit Dominus Exodi 25. Præcipiá & loquar ad te ſupra propitiatoriũ, ac de medio duorum Cherubin qui erunt ſuper arcã teſtimonij, cũcta quę mandabo per te filijs Iſraël: ideo dicebatur Dominus in arca præſens eſſe, ſicut & in toto ſanctuario: de quo eodem capite dicit Dominus, Facient mihi ſanctuarium, & habitabo in medio eorum.

Deut. 23. Et quod alibi legimus, Deum ambulare in medio caſtrorum vt eruat Iſraël, & tradat ei inimicos: atq; ideo, eum nihil fœditatis in caſtris velle apparere (ne ſcilicet offendatur fœditate excrementorum) proptereà dictũ eſt, quòd Deus author ſit omnis honeſtatis, ciuilitatis, decentiæ, atq; eorum quæ commoditatem præſtant humano

mano generi. Sic & Auguſtinus : Moſes, inquit, intrauit in nebulam vbi erat Deus, id eſt, vbi expreſsiora ſigna fiebant, quibus noſceretur Deus. Rurſum libro locutionum, ad illud capitis 28. Geneſeos, Dominus eſt in loco iſto : Atque ſi diceret, inquit, Eſt hîc demonſtratio Domini. Itidem ergo, non per ſignificationem ſed per peculiarem Dei operationem, explicata eſt Dei præſentia in arca: tametſi etiam verum ſit, arcam geſsiſſe figurá Chriſti. verũ de literali ſenſu nobis quæſtio eſt. Quod verò ait, in ſcripturis arcá dici Dei præſentiá: apertum eſt mendaciũ. Et hæc quidem de exemplis quæ produxit è veteri teſtamento Caluinus.

Lib. quæſtionũ ſu per exodũ c. 75.

Ad eas ſcripturas procedamus, quę ex nouo petuntur: quarum prima eſt, Columba eſt ſpiritus ſanctus. quę in ſcriptura canonica nuſquam, ne in æquiualenti quidem ſermone legitur: ſicut nec quòd linguæ igneæ (quanquam eadem eſſet ratio) ſunt Spiritus ſanctus. Idq; facilè ex ſimili ſcripturæ loco poterimus diſcere. Exodi 19. dicitur Dominus Deus deſcendiſſe in igne ſuper montem Synai: ſicut Lucas dicit Spiritum ſanctum corporali ſpecie vt columbam deſcendiſſe. Exodi 24. dici-

Exempla è nouo teſtamento allata.

lucæ 3.

L tur: Erat

tur:Erat ſpecies gloriæ Domini quaſi ignis ardẽs, ſuper verticẽ mõtis in cõſpectu filiorũ Iſraël:ſicut in euangelio dicit Ioan-
Ioan. 1. nes baptiſta: Vidi ſpiritũ Dei deſcẽdẽtem quaſi colũbã de cœlo:& manſit ſuper eũ. Illi quippe quod ait Ioannes, Vidi, reſpõdet illud apud Moſen: In conſpectu filiorum Iſrael:& illi quoque Ioannis, Quaſi colũbã,correſpõdet illud, Quaſi ignis ardẽs. Deniq; illi:Spiritũ Dei,cõſonat, Gloriæ dñi: Ita vt potuerit & his verbis efferre Ioãnes ſentẽtiã ſuã: Erat aũt ſpecies ſpiritus Dei quaſi colũba ſuper Chriſtũ in cõſpectu meo:apud Moyſen verò,pro, Gloria, licuiſſet ponere, Spiritus. Deſcendit nãq; Spiritus in donatione legis, ſicut in die Penthecoſtes ſuper Apoſtolos :quẽadmodũ præclarè ex ſcripturis oſtẽdit diuus Auguſtinus c. 15.li.2.de Trinitate et quæſtione. 55.in Exodũ & cap. 16.& 17. libri de ſpiritu & litera. In ſententijs autẽ iã citatis nequaq̃ dixit Moyſes : Ignis eſt Deus (etſi per metaphoram vel efficientiã, non autem per analogiam ſigni ad ſignatũ, di-
Deut, 4. xerit:Deus noſter ignis cõſumẽs eſt) imò Deuteronomij quarto, loquẽs de deſcẽſu Domini ſuper montẽ Syna in donatione legis:Formã,inquit,Dei penitus nõ vidiſtis.&

ſtis.& iterum:Non vidiſtis aliquã ſimilitudinem in die qua locutus eſt vobis Dominus.Sanè ſi ignis ſignum erat & ſimilitudo repræſentans dominũ(quod ex Caluini ſentẽtia dicere oportebit) falſum erit quod iã dicit Moyſes:Formã Dei penitus non vidiſtis.ſiquidem quandam Dei formam viderunt Iſraëlitæ,nempe ignẽ. Sed non arguamus Moyſen. Dicitur namq́ue Dominus Deus deſcendiſſe in igne, tãquã in effectu ſuo: quemadmodum & in arca præſens eſſe ſcribitur. Igne autem & cæteris terribilibus portẽtis, velut per ſimilitudinẽ quãdam deſignabat Deus, qualia quantaq; ad torquendos impios ac rebelles,in theſauris ſuis abſcõdita haberet: Sicut & linguæ igneæ diſpertitæ, quæ ſuper capita Apoſtolorũ requieuerũt, ſignificabant Spiritum ſanctũ vt effectus cauſam:Per ſimilitudinẽ verò,idiomata omnium gentiũ longè diuerſiſsima & plurima,amorem quoq; Apoſtolorũ : quibus duobus in vniuerſo orbe Chriſti euãgeliũ plantârunt.Simili modo,colũba ſpiritum ſanctum repreſentabat, videlicet vt effectus ſuam cauſam: Per ſimilitudinẽ autẽ, Chriſtum eſſe vnctum à Spiritu manſuetudinis, quò pacem & miſericordiã Dei, Actor.2.

velut columba à Noë ex arca emiſſa, verbis & prodigijs in ſpiritu Dei factis, pauperibus & contritis corde nunciaret, ac eã gemitu ſuo inenarrabili, ſuiq; ipſius velut auis mũdæ oblatione à Patre impetraret: deniq;, vt tanquã colũba fœcunda, de ſuã plenitudine alios regeneraret, baptizans eos in ſpiritu ſuo. Vnde Ambroſius ait: Ecce, quaſi colũba Spirit⁹ ſanctus deſcendit. non columba deſcendit, ſed quaſi columba. Memento quid dixerim, Chriſtus carnem ſuſcepit, nõ ſicut carnem, ſed carnis iſtius veritatẽ. verè carnẽ Chriſtus ſuſcepit. Spiritus enim ſanctus in ſpecie columbę, non in veritate columbæ, ſed in ſpecie columbæ deſcendit de cœlo. Dicit quidem Auguſtinus quodam in loco, columbam dictam eſſe Spiritum Dei, idq; ea locutione qua ſignum accipit nomen ſignati: ſed & effectus apud eum inter ſigna numeratur. Vnde contra Maximinũ ſcribens, ait: Spiritum ſanctum ſignificando monſtrârunt, columba propter amorem ſanctum, ignis autem propter charitatis lumẽ atq; feruorẽ. Adde etiã, quòd parum ſolicitus erat Auguſtinus de verbis, dum & ſenſus erat in tuto, & à troporum excogitatoribus non exagitabatur. Cæterùm, de-

lib.1.de ſacrament. cap.5.

epiſt. 102 ad Euodium.

Cap.19. lib.2.

rùm,demus diſertis verbis in Euangelio ſcriptum eſſe: Vidit Ioannes columbam quæ erat ſpiritus ſanctus:num tamen vlla ex parte ſimilis eſt ea oratio huic: Hoc eſt corpus meum? minimè.neque enim inter columbam & Spiritum ſanctum conſiſtit ſimilitudo,ſed inter columbam & Chriſtum à Spiritu ſancto vnctum.Similis verò eſt illa ſententia: Columba eſt ſpiritus ſanctus,huic,Iſraëlita cœna agni paſchalis refectus eſt Chriſti corp⁹:quoniã inter Iudæũ paſchali cœna recreatũ, & eũ qui ſpiritaliter Chriſti corpore eſt nutritus,analogia eſt ſigni ad ſignatum, non autem inter Chriſti corpus,quod cibus eſt cauſaque vt quis ſit ſpiritaliter pinguis,& hominẽ alimento agni refectum.

Sequitur: Chriſtũ induiſtis quotquot in Chriſto baptizati eſtis.[Hæc ſententia, inquit Caluinus, nihilo obſcurior eſt quã illa,Hoc eſt corpus meum.] Miror quid eo exemplo ſibi velit,vbi nec aqua baptiſmi dicitur eſſe Chriſtus, nec aliqua veſtis dicitur Chriſtus, ſed potiùs, quòd Chriſtus eſt veſtimentum noſtrum,vt qui nos veſtiat:ſicut vocatur ſapientia & iuſtitia noſtra,quia ſapientes & iuſtos nos facit. Porrò vſus veſtis varius eſt,& multiplex:

2. Gal. 3. 1. Cor. 1.

prȩcipuus tamē, hominē tegere ne vel frigeat, vel nud⁹ erubeſcat. Minùs principales vſus ſunt, ſi aſſumatur vel ad ornatum vel ad diſtinctionem eius qui ea induitur. Alia ſiquidē eſt virilis veſtis, alia fœminea: alia militis, alia agricolæ: alia ſeruorū regis huius, alia illius. Et quidem ne erubeſcamus tegit nos Chriſtus, dum peccata remittit: dicēte pſalmiſta, Beati quorū tecta ſunt peccata: dū charitate nos inflammās, per charitatē operit multitudinē peccatorūm noſtrorū. Protegit verò nos ne lædamur, vbi veſtē nuptialē nos induit: hoc eſt quādo ſponſi, nempe ſuijpſius, gloriā nos quærere facit. Vnde & illud prouenit, vt è nuptijs nō eijciamur: dū nēpe bonū operari nos facit, ſcribens opus legis in cordibus noſtris, vt ſimus factores legis, faciamuſq; quæ legis ſunt: imò conſummemus legē: Per quod fit, vt in die cùm iudicabit Deus (qui ſecūdū veritatē iudicat) occulta hominū, veſtiti et nō nudi inueniamur: vt nō appareat cōfuſio nuditatis noſtrȩ, qua ex nobis ac naturaliter nudi ſumus: Per quod deniq; fit, vt defendant nos cogitationes noſtræ, puraq; cōſciētia, cōtra iram Dei, indignationē, tribulationē & anguſtiā. Tunc eadē opera ornabunt nos, dū ob illa no-

Chriſtus, veſtimētū noſtrū eſt.
Pſal. 31.
1. Pet. 4.
Matt. 22.
Rom. 2.
Apoc. 3.
Rom. 2.

illa nobis erit gloria, honor, pax. idq; meritò: ſunt enim (vt ait Ioannes) ſanctorum iuſtificationes byſsinum candidum & ſplendens. Diſtinguētque eadem opera filios Dei à filijs diaboli, ſicut nunc diſtinguūt. Vnde Ioannes: Qui facit peccatum, inquit, ex diabolo eſt: & omnis qui facit iuſtitiā, ex Deo natus eſt. Inſuper & filios Adæ veteris à filijs Adæ noui: quēadmodum ſub indumēti parabola, ad Epheſios 4. latè explicat Apoſtolus: vt omittamus multiplicem operū varietatē, quæ ſanctis eſt inter ſeſe cū multo decore. Vnde pſallit propheta: Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate. Atqui hactenus de veſtibus quibus nos Chriſtus induit, vel de vſu veſtis quæ eſt ipſe Chriſtus. Quid itaq; Apoſtolus vult, dicēs: Oēs quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtū induiſtis? efficaciā baptiſmi deſignat, qua operatur mortificationē vitę veteris in oībus, facitq; vt in nouitate vitę ambulem⁹: ſicut ipſemet ad Colloſs. 2. et ad Rom. 6. declarat. In omnib⁹, dico, quantū ex eius pendet efficacia. Vnde cū ipſe dixiſſet, Omnes filij Dei eſtis per fidē quę eſt in Chriſto Ieſu: quia fides ſola, niſi ſubſequatur baptiſm⁹, nō facit Dei filios

Apoc. 19.

1. Ioan. 3.

Pſal. 44.

Gal. 3.

vt nec cõtrà baptiſmus ſine fide, ſed vtraq́; debent adeſſe, ſubnectit : Quicunque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis: & iterum, Omnes vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu. Nullo pacto ergo hoc Apoſtoli, quod de baptiſmo & Chriſto induẽdo dicit, ſignat aquam baptiſmi ſic dici Chriſtum, quomodo dictum eſt: Hoc eſt corpus meum. Nam & in epiſtolis ad Romanos & ea quæ eſt ad Epheſios, mandatur vt induamus dominum Ieſum Chriſtum, neutrobique facta mentione ſymboli, baptiſmi, vel ſimilis cuiuſquam alterius rei, ſed dũtaxat ſanctę conuerſationis, quæ non aliunde quàm ex Chriſto obtinetur: Sicut veterem Adam dicimur indui, non quòd tantùm ſignum illius geſtemus aut ſymbolum, verùm quia verè in ſeruitute cõcupiſcẽtiæ, nobis ab eo ingenitæ, ſimiles ei ſumus.

Gal. 3.

Rom. 13.
Epheſ. 4.

3 Magis vrget Caluinus exẽplũ quod ſequitur. Petra erat Chriſt⁹: vt declaret etiã metonymicè panẽ dici Chriſti corp⁹. Quid ergo de hac re ſit expendamus. Caluinus cũ in inſtitutione ſua nomine Petræ lapidem ex quo Iſraëlitis aqua manauit, intelligat: in vltima tamen admonitione VVeſtphali, à VVeſtphalo coactus ex

gloſa or-

gloſa ordinaria, non ſaxi duritiem interpretatur, ſed ex ſaxo profluētē potū. Atq; ſanè non abſurdè petra ponitur pro aqua ex ea fluente, eo tropo quo ſolet nomen cauſæ effectui attribui. Alluſit diuus Ambroſius ad hunc ſenſum: Nónne, inquiens, vmbra erat aqua de petra, quaſi ſanguis ex Chriſto: quæ fugiētes ſe populos ſequebatur vt biberēt & non ſitirent, redimerentur & non perirent? Maximè autem quòd Pſalmiſta aquam Iſraëlitas comitatam ſubindicet, vbi ait: Percuſsit petram & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerūt: hunc ſenſum amplectamur. Et, ne ſubterfugere videamur, relinquamus Chryſoſtomi expoſitionem, vocantis manna & aquam illam ſpiritalia, quia Spiritus ſancti virtute & illud Iſraëlitis deſcendit, & hæc ex petra profluxit. Idcirco autem ea vocemus ſpiritalia, quia alterius & ſublimioris rei ſunt ſignificatiua (ſicut mundus iſte ſpiritaliter dictus eſt Sodoma & Ægyptus: quia per hæc duo figuratè in ſcripturis deſignatur) maximè cùm dicat Apoſtolus eodem loco de his quæ contigerunt Iſraëlitis: Hæc in figura facta ſunt noſtri: &, Omnia in figura contingebant illis. Sed illud: Omnes eandem eſcam

In Pſa. 38

Pſal. 77.

Apoc. 11.

1. Cor. 10

eſcam ſpiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum ſpiritalem biberunt: nequaquam dixit Apoſtolus comparando eos nobis: quaſi videlicet patres illi iñ mãna eundem cibum nobiſcum, nempe corpus domini, accepiſſent; & in aqua petræ ſanguinem Chriſti, vti habemus in Euchariſtia. Hũc enim ſenſum dicti Apoſtolici ſi quis ſequatur, multa incurret abſurda. In primis, vt fateatur illos, quandocũq; comedebãt aliquid mãnę vel aliquid aquę illius bibebãt, communicaſſe toties corpori & ſanguini domini: idq; perpetuò vel ad vitam æternam, vel ad damnationem. Porrò ſemper eo cibo & potu vſi ſunt: proinde perpetuò in cõmunione euchariſtiæ verſati ſunt. Ex hoc abſurdo aliud ſequitur: nẽpe quòd deficiẽte manna & illa aqua, cùm ingrederentur terrã promiſsionis, deſierint & boni qui inter eos erant, cõmunicare corpori & ſanguini domini: Boni, dico, qui terram promiſſam intrare meruerant: quia dominũ ad iram nõ prouocauerãt vt cæteri, quos in deſerto proſtrauit dñs. niſi fortè Caluini myſtæ etiam id audeant pronunciare, in omni ſuo cibo & potu illos euchariſtiam habuiſſe.

Eſt itaque ſenſus Apoſtoli; omnes patres in

tres in deſerto eundem inter ſe cibum, videlicet manna, eundemq́ue potum omnes communiter habuiſſe: ſicut dicit, Omnes mare tranſierunt, & omnes ſub nube fuerunt. quod & ſic poterat efferre: Omnes idem mare tranſierunt, &, Omnes ſub eadem nube fuerũt, &, Omnes per Moſen in eodem mari eadem nube eodemq; baptiſmo baptizati ſunt. Tractatu 26. in Ioannem, dicit Auguſtinus ſpiritalem eandem eſcam manducâſſe nobiſcũ patres noſtros, non patres murmurãtium Iudæorum, ſed eos qui ex miraculo mannæ, & petræ profundentis aquam, Chriſtum intellexerunt viuificum cibũ ſuum eſſe. Verùm Apoſtolus hîc appellat patres noſtros, nõ tantùm fideles illos patres: verbi cauſa, Moſen Aaron, Phineen, & ſimiles, ſed & murmuratores, illóſque qui ob infidelitatem ſuã à Deo in deſerto proſtrati ſunt: à quib⁹ certè nõ exigebatur, vt ex mãna Chriſti carnẽ, vel ex aqua petrę Chriſti ſanguinem agnoſcerent. Quinimò, nec Moyſes nec Aaron, quoties manna manducabant, toties ad Chriſti corpus cogitationem referebant, quemadmodùm cùm agnum paſchalem ederent. Nam licet communi nomine ſacramenta vocẽtur & miracula,

quæ

quæ in illo populo ad futurorum præſignationem gerebantur, & illius populi geſta ac ritus,ad colendum Deum ei præſcripti:diuerſa tamen ratione. Propriè nanq; ritus colendi Deum ſacraméta erant, non ita alia: Sicut & ſub Chriſto alia ratione baptiſmus ſacramentum eſt, alia in aquis Syloë cæci nati illuminatio,quáuis eadem rés ſignetur vtrinq;, videlicet illuminatio ſpiritus, ſordiumq́; intellectum obnubilantium deterſio. Miracula enim & geſta prophetarum,tantùm indicia quædam ſunt ſpiritalium, & velut verba quædam ſemel pronunciata, tranſeunt. At ritùs à Deo inſtituti,quibus ipſe colatur hominibúſque medeatur:non ſolùm contéplandi ſunt,verumetiam donec eos Deus aboleuerit, cum magna authoris eorum reuerentia,& fiducia medelæ per eos ex re quã ſignificant percipiendæ, ſunt celebrandi.

Apoſtolus igitur, prioris ad Corint.10. capite, non comparat vetera ſacramenta, (quibus Deum colere populo mandatum erat) cum ſacramentis quæ Chriſtus ad Deum colendum inſtituit: ſed docet geſta populi illius, quæq́ue in eo contigerunt miracula,in figuram noſtri cõtigiſſe. Patres noſtri, inquit, omnes in Moſe ba-

ptizati

ptizati ſunt, in mari, & in nube. Quomodo enim diceret eos baptizatos in mari & in nube, quum ad baptiſmum aquæ lotio vel tinctio, aut ſaltem contactus eius requiratur: & tamen nec nubes ſuper eos pluiſſe, nec niſi ſicco veſtigio mare tranſiſſe legantur? Non itaque in veritate baptizati ſunt. Adde quòd non eo fine dominus eis per mare tranſitum præbuerit, quò peccata eis remitteret: (ſicut per baptiſmum hodie nobis remittit) quandoquidem id à Moſe non eſt promulgatum: ſicut alia remedia contra peccata inſtituta. Neque igitur in mari baptizati dicuntur, quòd ibi virtutem baptiſmi acceperint, ſed quia in mari & nube noſtri baptiſmatis figura præceſsit: ſicut & Petrus per aquam diluuij arcam Noë cum octo hominibus in ſublime erigentis & ſaluantis, docet baptiſmum fuiſſe figuratum.

Iudæos in mari nō fuiſſe baptizatos.

1. Pet. 3.

Et certè apta eſt baptiſmi vmbra in pertranſitu maris rubri & protectione nubis. Nam ſicut Ægyptij in mari mortui ſunt, & Iſraëlitæ non antequam illud pertranſiſſent, ab illis liberati: ita in baptiſmo moriuntur & ſepeliuntur peccata, atque ibi primùm ab eis infideles ſaluantur. Rubrum autem eſt mare: quia baptiſmus ex

Quomodo baptiſmi vmbra fuerit in Iudeorū trāſitu per mare rubrum.

rubeo

Nubes ſub qua filij Iſrael per deſertum ambulabant, Spiritũ S. referebat.

rubeo Chriſti ſanguine omnem ſuam efficaciã habet. Nubes verò, quæ populũ & antequam ingreſſus eſſet mare, & poſtquã egreſſus eſſet deduxit, donec venirent ad terrã promiſsionis: quæ item eos per diem à nimio calore protegebat, & per noctẽ illuminabat: quæ denique Ægyptios ne nõdũ mare ingreſſos Iſraëlitas opprimerent, impediuit, & cũ iã illi mare intrâſſent plurimos eorum ab aquis necdũ obrutos occidit: aptiſsimè Spiritũ S. refert, vtpote qui eccleſiæ cathecumenos & ad baptiſmũ deducit, & ne ante illũ perceptũ ſuis peccatis opprimantur, defendit, infidelitatemq; & alia ſcelera, etiã ante regenerationem, in eis mortificat: dãs eis fidẽ & pœnitẽtiã. Regeneratorũ quoq; dux eſt in proſperis: dum eos à nimio cõcupiſcentię carnis æſtu tuetur, & in aduerſis ſua conſolatione, ne ſuccumbant, corroborat. Sicut autẽ nihil iuuabat hic tranſitus maris rubri & nubis obnubilatio, quominus terribiliter à Deo proſternerentur in deſerto, qui nouis ſceleribus Dei iram ſibi cõcitabãt, cordibúſq; reuertebantur in Ægyptum: ita quoq;, nihil prodeſt baptizatum eſſe, illuminatum eſſe, donumq; cœleſte guſtaſſe, & participâſſe Spiritum ſanctum, ſi iterum quis ad antiqua

antiqua ſcelera prolabatur. Et hæc indubiè eſt Apoſtoli ſentẽtia de vmbra baptiſmi: quã ideo præmiſimus, vt faciliùs innoteſcat eiuſdem de manna & aqua è petra fluente, ſententia. Dicit igitur Apoſtolus, omnes patres, tum bonos, tum etiã Deo rebelles, ediſſe eundẽ panẽ, videlicet mãna, & eundem bibiſſe potum, nimirum aquã petræ: idq; vtrunq; miraculo inſigni à Deo datum fuiſſe ad aliquid ſublimius conteſtãdum. Quã cõteſtationem ſeu ſignificationem vt meliùs explicet, pręmittit quòd bibebãt de petra illos ſemper comitante, hoc eſt, de aqua ex illa petra manante, & nuſquam eis deficiente. (Sicut enim nunq̃ defuit eis columna nubis poſteàquã eam accepiſſent: ita nunq̃ mãna, nunq̃ defuit eis aqua. Primùm enim Exodi 15. cap. aquas amaras Moyſes reddit dulces. Secũdò, ad duodecim fontes deducit eos. Tertiò, in Raphidim ex petrà Oreb exit aqua. Quartò, in Cades aquæ cõtradictionis ex petra datæ ſunt. Quintò, ex puteo dat eis dominus aquas prope Arnon. Apoſtolus autem meminit ſolius aquæ quæ ex petra profluxit: quia bis ex petra magno memorandoq; miraculo aquam acceperunt, & ex aquis cõtradictionis de petra quoq; datis,

1. Cor. 10

Exod. 17.

Num. 20

Num. 21.

datis,torrentes & riuuli ſcaturierunt: in alijs autem aquis nihil adeò ſingulare cõtigerat. Ad quem modum etiam Moyſes Deuteronomij 8. reliquis aquis ſubintellectis, duntaxat riuos recitat qui ex illa petra emanârant. Ductor tuus,inquit,fuit in ſolitudine magna atque terribili:in qua erat ſerpens flatu adurens, & ſcorpio ac dipſas,& nullæ omnino aquæ: qui eduxit riuos de petra duriſsima, & cibauit te mãna in ſolitudine, quod neſcierunt patres tui)eo etiam de manna intelligẽdo, velut claro,relicto. deinde, quid deſignatũ fuerit per illam petram ſeu aquam, explicat: Petra,inquiens,erat Chriſtus:hoc eſt,aqua de petra Chriſtum ſignificabat.

Obiectio. Sed contra hanc Apoſtolici loci explicationem fortaſsis obijcias:Si trãſitus maris rubri, & protectio nubis, Chriſtianorum baptiſma figurat,non autem propriè ipſum baptiſmi effectum,niſi mediãte ipſo baptiſmo: igitur nec manna nec aqua de petra,immediatè Chriſtum deſignat, ſed tantùm eius ſignum, quo deſignetur eius participatio. Quorſum enim tam diſſonè nunc ſacramentum baptiſmi prę̨ſignatum dicis,nunc Chriſtum: quum in nouo populo quemadmodum tranſitui Iſraël per

mare

mare reſpondet baptiſmus, ita mannæ & dicto potui reſpondeat euchariſtia?

Reſpondeat Apoſtolus pro ſe, & dicat, Non recedo à præſignatione myſteriorũ: ſed vti baptiſmum tranſitu per mare dico præfiguratum: ita & per aquam de petra & per manna, euchariſtiam. Quia, cùm euchariſtia Chriſtum reipſa contineat: dum dico petram ſeu aquam ex ea fluẽtem (ſub qua intelligo & manna) ſignificare Chriſtum, dico etiam petram & manna euchariſtiã ſignificare, quæ à fidelibus, ſiue mortuam fidem habeant ſiue viuam, æqualiter ita ſumitur, ſicut ab omnibus Iſraëlitis, tam carnalibus quàm ſpiritalibus, indifferenter manna edebatur, & illa aqua bibebatur. Viden ergo, quomodo Apoſtoli ſententia non deprimat, ſed cõfirmet catholicam ſententiam de corporis & ſanguinis Chriſti corporali pręſentia ſub ſpeciebus panis et vini? quę prima fronte infidelibus ſeruire ad eius ſubuerſionẽ putabatur? Porrò ne propria tantùm in medium attuliſſe videamur: proferam duos celebres doctores, docentes Apoſtolum hoc loco figuras protuliſſe ſacramentorum, baptiſmi & euchariſtiæ, ac ex conſequenti & Chriſti, qui eſt euchariſtia, Reſpõſio

cibúſque & potus corporalis fidelium.
In Pſa.38 Quę, inquit Ambroſius, nunc celebrantur in Eccleſia, eorum vmbra erat in ſermonibus prophetarum, vmbra in diluuio, vmbra in rubro mari, quando baptizati ſunt patres noſtri in nube & in mari. Vmbra in petra, quæ aquam fluxit, & populum ſequebatur. Nónne illud in vmbra erat ſacroſancti huius myſterij ſacramentum? Nónne vmbra erat aqua de petra, quaſi ſanguis ex Chriſto, quæ fugiẽtes ſe populos ſequebatur vt biberent & nõ ſitirent, redimerentur & non perirent? Sed iam diſceſsit vmbra mortis & caliginis Iudæorum: dies appropinquauit eccleſiæ. Videmus nunc per imaginẽ bona, & tenemus imaginis bona. Vidimus principẽ ſacerdotum ad nos venientem: vidimus, & audiuimus offerentem pro nobis ſanguinem ſuũ: ſequamur, vt poſſumus, ſacerdotes, vt offeramus pro populo ſacrificium, etſi infirmi merito, tamẽ honorabiles ſacrificio, quia etſi nunc Chriſtus non videtur offerri, tamen ipſe offertur in terris, quãdo Chriſti corpus offertur. Imò ipſe offerre manifeſtatur in nobis, cuius ſermo ſanctificat ſacrificiũ quod offertur. Item libro de
Cap.9. ijs qui myſterijs initiantur: Quid edamus, inquit,

inquit, quid bibamus, alibi tibi per prophetam Spiritus ſanctus expreſsit dicens, Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt dominus: beatus vir qui ſperat in eo. In illo ſacramento Chriſtus eſt, quia corpus eſt Chriſti. non ergo corporalis eſca, ſed ſpiritualis eſt. Vnde & Apoſtolus de typo eius ait: Quia patres noſtri eſcā ſpiritalem manducauerunt, & potum ſpiritalem biberunt. corpus enim Dei, corpus eſt ſpiritale: corpus Chriſti corpus eſt diuini ſpiritus. Idem alibi: Figura quæ antè præceſsit, tempore Moyſi, quid habet? quia cùm ſitiret populus Iudæorum, & murmuraret quòd aquam inuenire non poſſet, iuſsit Deus Moyſi vt tangeret petram de virga. Tetigit petram, & petra vndā maximam fudit. ſicut Apoſtolus ait: Bibebant autem de conſequenti petra. Petra autem erat Chriſtus: non immobilis petra, quæ populum ſequebatur. Et tu bibe, vt te Chriſtus ſequatur. Vide myſterium. Moyſes, hoc eſt, propheta: Virga, hoc eſt, verbum Dei. Sacerdos verò Dei tangit petram, & fluit aqua, & bibit populus Dei. Tangit ergo ſacerdos calicem, redundat aqua in calice, ſalit in vitam æternam, & bibit populus Dei, qui Dei gratiam conſe-

Pſal. 33.

1. Cor. 10.

li. 5. de ſacra. c. 1.

1. Cor. 10.

cutus eſt. Hæc Ambroſius. Auguſti-
Tract. 11. in Ioan. nus in ipſa Apoſtoli verba ſcribens: Quando, inquit, manna manducauit populus Iſraël? cum tranſiſſet mare rubrum. Mare autem rubrum quid ſigificet, audi Apo-
1. Cor. 10. ſtolum: Nolo autem vos ignorare, fratres, quia omnes patres noſtri ſub nube fuerũt, & omnes mare tranſierunt. Vt quid per mare tranſierunt? & quaſi cauſam quæreres ab illo, ſecutus ait: Et omnes in Moyſe baptizati ſunt, in nube & in mari. Si ergo figura maris tantum valuit, ſpecies baptiſmi quantum valebit? Si quod geſtum eſt in figura, traiectum populum ad manna perduxit: quid exhibebit Chriſtus in veritate baptiſmi ſui, traiecto per eũ populo ſuo? Per baptiſmum ſuum traiecit credentes, occiſis omnibus peccatis tanquam hoſtibus cõſequẽtibus: ſicut in illo mari omnes Ægyptij perierunt. Quò traiecit, fratres mei? Quò traiecit per baptiſmum Ieſus, cuius figuram tunc gerebat Moyſes, qui per mare traijciebat? quò traij-
Ioan. 6. ciebat? ad manna. Quid eſt manna? Ego, inquit, panis viuus qui de cœlo deſcendi. Manna accipiunt fideles iam traiecti per mare rubrum. Quarè & per mare rubrum? Iam mare, quare rubrum? Significabat

cabat mare illud rubrum baptiſmum Chriſti. Vnde rubet baptiſmus Chriſti, niſi Chriſti ſanguine conſecratus? Quò ergo perducit credentes & baptizatos? ad manna. ecce dico manna. Notum eſt quid acceperint Iudæi, populus ille Iſraël: notum eſt quid illis pluiſſet Deus de cœlo: & neſciunt cathecumeni quid accipiunt Chriſtiani? Erubeſcant ergo quia neſciunt: tranſeant per mare rubrum, manducent manna, vt quomodo crediderunt in nomine Ieſu, ſic ſeipſis credat Ieſus. Hæc Auguſtinus. Verba eius expendantur. videatur quomodo intelligat manna ſignificare Chriſtum (vt prædixeramus) non quidem vt in cœlo ſedet, ſed ſicut à baptizatis & non cathecumenis ſumitur in eo ſacramento, quod velut nimium mirabile, etiam iam credentibus in Chriſtum cathecumenis abſcondebatur.

Manna Chriſtũ qualiter ſignificârit

Duplex igitur eſt cauſa, cur propriè nequeat accipi hęc oratio, Petra erat Chriſtus: tum quia Ieſus tempore Moyſis nondum erat homo factus, vt iam tunc Chriſtus dici poſſet: tum quia Petra omnino quid diſparatum eſt à corpore Chriſti, vt neutrum eorum de altero, nec

Hęc oratio: Petra erat Chriſtus, propriè non poteſt accipi etc.

petra de corpore Chriſti, nec corpus Chriſti de petra queat in oratione citra tropũ prædicari. At non ita ſe habet in eo quod vltima cœna in manibus ſuis tenebat, demonſtrabat, & pòſt Apoſtolis dabat Chriſtus, dicens: Hoc eſt corpus meum: quum verè nil aliud ſit hoc, quàm, quod dicebat Chriſtus, corpus Chriſti. Huc accedit, quòd ipſa textus Apoſtoli circunſtantia apertè inſinuet, tantùm de figuris Apoſtolo fuiſſe ſermonem: contrarium autem
Pag.11. habet (vt ſuprà oſtendimus) deductio euangelij de cœna Domini nouiſsima.

Quarè & illa iam erunt refutatu facilia, quæ velut ſimilia allegat Oecolampa-
Ioan.19. dius: Mulier, ecce filius tuus: &, Si vultis
Mat.11. recipere, ipſe (Ioannes) eſt Helias qui venturus eſt. Illud quidem, de adoptiuo filio à domino dictum eſſe, patet ex ipſa naturalis filij Mariæ morte. Ioannes verò, non ſimpliciter vocatur Helias, ſed cum adie-
Malac.3. ctione: Qui venturus eſt, ſeu, qui à Malachia prædicebatur venturus. qui ſanè ob ſimilem cum Helia abſtinentiam, feruidamq́ue prædicationem, à propheta hoc nomen optimo iure meruerat. Qua ratione & Chriſtus vocatur Dauid. Hæc exempla Oecolampadij non adduxit Caluinus:

uinus:quia non metonymica ſunt,ſed potiùs metaphorica. 4

Quartum exemplum eſt: Chriſtus eſt Eccleſia. Hunc ſermonem etiam in ſcriptura non repperias. Prioris ad Corinthios 12. dicit Apoſtolus: Sicut enim corpus vnum eſt, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cùm ſint multa, vnum tamen corpus ſunt: ita & Chriſtus. Vbi nomine Chriſti intelligit Chriſtum ipſum vnà cum eccleſia: ſicut ſi nomine mariti ſimul vocentur ambo coniuges, ob naturalem eorum inter ſe coniunctionem: iuxta quod dicit Chriſtus, Erunt duo in carne vna. Matth.19
itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro:& Apoſtolus, Viri,inquit, debent diligere vxores ſuas vt corpora ſua. Hæc autem naturalis coniunctio Chriſti cum Eccleſia, propriè fit per euchariſtiæ ſumptionem: vt ſuprà oſtendimus. Deinde, ex illo Apoſtoli ad Epheſios: Nemo carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fouet eam, ſicut Chriſtus Eccleſiam: quia ſumus membra corporis eius: non malè in loco ex epiſtola ad Corinthios citato intelligas,etiam proprio ſenſu, perſonam Chriſti: vt velit Apoſtolus prioris

Epheſ.5.
Pag. 47.
Epheſ.5.

ad Corinthios 12. Chriſtum habere plura ac diuerſa membra, vnum ſub eo corpus conſtituentia. Non enim appoſitè ſemper, iuxta Grammatices regulas, reddit Apoſtolus correſpõdens verbum aduerbio ſimilitudinis. Vt, verbi gratia, quãdo dicit: Sicut per vnum hominem peccatum intrauit in hunc mundum etc. correſpõdens verbũ vel ſubintelligitur, vel per hyperbaton reddi debet. Cæterũ, ſi ad myſticum ſenſum venire velis, concedã facilè quòd Chriſtus ſignificat Eccleſiam reliquam, quæ ſub eo velut capite conſtituitur, maximè in geſtis crucis, reſurrectionis etc. Quẽadmodum Auguſtinus rectè ex ſcripturis oſtendit Enchiridij cap. 53. His reſpõſum ſit ad ſcripturas, quas Caluinus ex libris veteris & noui teſtamenti adduxerat, velut ſimiles huic: Hoc eſt corpus etc. ſeu vt oſtenderet, per metonymiam verba cœnæ non abſurdè accipi.

Rom. 5.

Alia quoque via, ex ſcriptura nititur probare eſſe metonymiam in his verbis: Hic eſt ſanguis meus etc. [Paulus, inquit, & Lucas, qui poſt alios ſcripſerũt, pleniùs & magis perſpicuè interpretantur ſic, Hic calix nouum teſtamẽtum eſt in ſanguine. Nam quum ſemper obſcurior ſit breui-

In vltima admonit. Weſtph. in ca. 18. Inſtitut. para. 11. & 19.

tas,

tas, naturaliter plus lucis affert plenior locutio.] Idẽ: [Quum igitur hæc oratio: Calix eſt nouum teſtamẽtum in ſanguine, ſignificet quòd calix ſiue vinum offerat Dei promiſsionem, & efficacem eam nobis faciat per ſanguinem Chriſti: offerat, inquam, ſi ſignum fidem excitet, videtur quòd & illa: Hoc eſt corpus meũ, deſignet: Hic panis ſignificat corpus meũ, & exhibet, ſi fides corporis Chriſti, tanquam cibi ſpiritalis, excitetur ſigno.]

Reſpondemus, Caluine, clariorem eſſe Matthæi ſermonem Lucæ & Pauli: quia omittit Matthæus nomen calicis, quod vel Sacramentarijs confitentibus huc non pertinet, niſi quatenus vinũ vel ſanguinem continet. Præterea ſermo Matthæi magis quàm Lucæ conſonus eſt illi: Hoc eſt corpus meũ, quod ab euãgeliſtis tribus & Paulo conformiter recitatur. Cæterũ, tã Matthæi quàm Lucæ ſenſum inueſtigemus. Inprimis, clarũ eſt quòd nouũ teſtamentũ, nouũ fœdus, ſeu nouum pactum aut promiſsio ſit illa promiſsio: Propitiabor peccatis eorum: Dabo leges meas in corde eorum: Omnes cognoſcẽt me. hoc eſt, Promiſsio accipiendæ remiſsionis peccatorum, bonorum operum, vitæ æternæ: ſicut

Nouum teſtamentum.

Augu c. 19. et 20. li. de S. & litera.

Hiere 31.

Hiere.31. ſicut Hieremias docet. Vetus enim non
Vetus teſtamentũ quid? promittit bene agendi facultatem, vel abſolutè mercedẽ æternę vitæ per bona opera, nec malè actę vitę veniá: tantùm verò,
Leuit. 18. Si feceris, inquit, omnia quæ præcipiuntur, viues. Illa noua Dei promiſsio non potuit compleri obſiſtente diuina iuſtitia (quę de peccatis vult ſumi pœnas, & hominé impiũ cõuerſione iudicat indignũ) niſi & peccatorum hominis exolueretur pretiũ, & ſeſe aliquis dignus offerret ſupplicé, cui impij cõuerſio cõcederetur. Hic eſt Chriſtus dominus: qui dũ ſanguinem ſuum in cruce fudit, nouum Dei teſtamẽtum impleri promeruit. Quocirca, proprio ſermone dicitur eius ſanguis noui teſtamenti completiuus ſeu executiuus, & exhibitiuus: quoniá ipſe per eum promeritus eſt res in nouo teſtamento pro-
Matt. 26. miſſas. Quamobrem, vbi dixiſſet, Hic eſt ſanguis noui teſtamenti: velut pro cauſa dicti adiecit, Qui pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum: Perinde ac ſi diceret, Ideo eſt noui teſtamenti completiuus ſanguis meus, quia dum effundetur, id promerebitur quod nouo teſtamẽto eſt promiſſum, videlicet remiſsionem peccatorum: Qua, veluti præcipua parte, expreſſa,

preſſa, intelligitur altera iuſtitiæ pars, bona ſcilicet vita, & quę eam demũ ſequetur merces vita æterna. Porrò, ſimilis eſt hæc ſentẽtia illi Moyſis, quã in epiſt. ad Heb. citat Apoſtol⁹: Hic eſt ſanguis fœderis vel teſtamẽti, quod mãdauit ad vos De⁹. Qui ſanguis tam fuit infirmus et inefficax, vt in idolo vitulino pactũ violarint Iſraëlitę quod nõ multo antè ſanguine itẽ vitulino cõfirmauerãt. Et quod Matthę⁹ dicit, ſanguinẽ Chriſti eſſe noui teſtamẽti, quia effuſus eſt in remiſsionem peccatorũ: Apoſtolus ita pronũciauit, Sãguis Chriſti, qui per Spiritũ ſanctũ ſemetipſum obtulit immaculatũ Deo, emũdabit cõſciẽtiã noſtrã ab operibus mortuis, ad ſeruiendum Deo viuẽti. Et ideo noui teſtamenti mediator eſt, vt morte intercedente in redẽptionẽ earũ præuaricationũ quæ erant ſub priori teſtamẽto, repromiſsionẽ accipiãt qui vocati ſunt, æternæ hęreditatis. Vbi enim teſtamẽtum eſt: mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. Teſtaméntum enim in mortuis confirmatum eſt: alioquin nondum valet, dum viuit qui teſtatus eſt. Vnde nec primùm quidem etc. Ad Corinthios verò calicẽ vocat (vt Lucas) teſtamentũ non ſimpliciter, ſed in ſanguine: hoc eſt, per ſanguinem

cap. 9. ex Exod. 24

Heb. 9.

1. cor. 11.

guinem quem cõtinet, Quaſi diceret: Poculum iſtud eſt nouum teſtamentum, nõ ſui gratia, ſed vigore ac ratione rei quam in ſe habet, ſanguinis nimirum Chriſti.

Sanguis quomodo appelletur teſtamentum.

Sanguis autem teſtamentum appellatur, ſeu promiſsio noua: vel quòd cauſa ſit impletionis noui teſtamẽti, vel quòd ipſe quõdam fuerit à Deo Patre teſtamẽto nouo promiſſus, tanquam qui in nobis Dei promiſsionem compleret: ſicut & ipſe Chriſtus vocatur teſtamentum gentium, ſiue fœdus populi. Dedi te, inquit Dominus ad eum, in fœdus populi. Nam & ipſe Saluator fœdere nõ veteri, ſed nouo promiſſus eſt: vt teſtis eſt Apoſtol. ad Rom. 1. quando ait, Paulus ſegregatus in Euangelium Dei, quòd ante promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo. Quia verò Lucas expreſsiùs meminerat veteris paſchæ ſeu agni figuratiui, & eo præſignatus fuerat ac promiſſus Chriſtus agnus: non quidem ſolùm vt à nobis poſteà edendus, verùm & vt ſanguinem ſuum pro nobis fuſurus: ideo puto ipſum dixiſſe, ſanguinem eſſe teſtamẽtum nouum: Ita vt Matthæus intelligatur dixiſſe ſanguinẽ Chriſti eſſe, per quẽ nos reddimur noui teſtamenti filij: Lucas

Eſaiæ 49

verò,

verò,ipſum ſanguinem eſſe illum, qui tá-
quam purus, noſtriq; inuouator promiſ-
ſus erat per teſtamentum nouum. Ac ita
æquipollēt ſibi mutuò hæ ſcripturæ: San-
guis eſt nouum teſtamentum, & ſanguis
eſt noui teſtamenti:ſicut iſtæ,Finis præce-
pti eſt charitas:& Finis legis Chriſtus ad 1.Tim.1.
iuſtitiam omni credenti. Sicut item iſtæ:
Nouum teſtamentum promittit iuſtitiá Rom.10.
& vitam per Chriſtum:&, Nouum teſta-
mentum promittit Chriſtum iuſtificato-
rem.Quemadmodum & de Chriſto licet
dicere:Ipſe eſt ſemen promiſſum Abrahę:
&,Ipſe eſt qui gentes Abrahæ pomiſſas be
nedicit.

Si fortè quiſpiá nobis obijciat Haymo- Obiectio.
nis verba,quæ habet ſcribens in 11.c. prio-
ris ad Corinth:Hic calix quem vobis tra-
do,nouum teſtamẽtum ſignificat, vt Ful-
gẽtius dicit,vel nouum teſtamentum cõ-
firmat in meo ſanguine, ſiue per meum
ſanguinem:Reſponſum ſit ei,hoc quidem Reſponſ.
Fulgentium dicere, vt citat Haymo, ve-
rùm vt ea ratione intelligatur calix nouũ
teſtamentum ſignificare, qua ſolet cauſa
ſuum effectum.Sanguis enim Chriſti eſt
cauſa promeritoria rerum promiſſarum
nouo teſtamento.De Haymone autem ne
quis re-

quis remaneat ſcrupul⁹: videãtur quę habet ibidẽ paulo antè, in illud: Hoc eſt corpus meum. Sicut, inquit, caro Chriſti, quã aſſumpſit in vtero virginali, verum corpus eius eſt, & pro noſtra ſalute occiſum: ita panis quem Chriſtus tradidit diſcipulis ſuis omnibus prædeſtinatis ad vitam æternam, & quem quotidie conſecrant ſacerdotes in eccleſia, cũ virtute diuinitatis quæ illũ replet panẽ, verũ corpus Chriſti eſt, nec ſunt duo corpora illa caro quam aſſumpſit & iſte panis, ſed vnum verum corpus faciunt Chriſti, in tantum vt dum ille frangitur & comeditur, Chriſtus immoletur & comedatur: & tamen integer maneat & viuus. Et ſicut iſtud corpus quod in cruce depoſuit (ſcilicet ab anima) pro noſtra ſalute & redemptione eſt immolatum: ita quotidie ad noſtram ſalutẽ & redemptionem iſte panis Deo offertur. qui licet panis videatur, corpus eſt Chriſti. Dominus enim & redemptor noſter, conſulens noſtrę fragilitati, quia cognouit nos fragiles eſſe ad peccandũ, tradidit nobis hoc ſacramẽtum, vt quia ipſe iam non poteſt mori & nos quotidie peccamus, habeamus verum ſacrificium, quo poſsimus expiari. Ideoq; quia vnum corpus faciunt, &

ciunt,& pro noſtra redemptione offeruntur, dixit: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur.

Ad verba Patrum reſponſio.

HActenus ad argumēta ex ſcripturis deſumpta. Deinceps illis reſpōdeamus, quę ex verbis patrū fabricātur. Ex Auguſtino recitat Caluinus verba quædā epiſtolæ ad Bonifaciū. Sæpe ita loquimur, vt Paſcha propinquāte dicam⁹, craſtinam vel perendinam (eſſe) Domini paſsionem, cùm ille ante tam multos annos paſſus ſit, nec omnino niſi ſemel illa paſsio facta ſit. Nempe ipſo die Dominico dicimus: Hodie Dominus reſurrexit, cùm ex quo reſurrexit tot anni trāſierint. Cur nemo tam ineptus eſt, vt nos ita loquentes arguat eſſe mētitos? niſi quia iſtos dies ſecundùm illorum quibus hæc geſta ſunt ſimilitudinem nuncupamus: vt dicatur ipſe dies qui nō eſt ipſe, ſed reuolutione temporis ſimilis eius: & dicatur illo die fieri, propter ſacramenti celebrationem, quod non illo die ſed iam olim factū eſt. Nonne ſemel immolatus eſt Chriſtus in ſeipſo? & tamen in ſacramento nō ſolùm Epiſt.23.

per

per omnes paſchæ ſolennitates , ſed omni die populis immolatur: nec vtiq; mentitur qui interrogatus eum reſponderit immolari. Si enim ſacraméta quandá ſimilitudinem earum rerum, quarum ſacramẽta ſunt non haberent, omnino ſacramenta non eſſent. Ex hac autem ſimilitudine, plerunq; etiam ipſarum rerum nomina accipiunt. Sicut ergo ſecundùm quendam modum ſacramentum corporis Chriſti corpus Chriſti eſt: ſacramentum ſanguinis Chriſti, ſanguis Chriſti eſt: ita ſacramẽtum fidei, fides eſt. Hæc Auguſt.

Reſpondemus , diuum Auguſtinum nomen Corporis & Sanguinis accipere pro ſubſtantia corporis & ſanguinis nõ quomodolibet concepta, ſed ſub certa quadá eius qualitate: ea nimirum, qua in propria ſpecie viſibilis erat, dum in cruce immolaretur Chriſtus. Quando enim dicit : Sicut ergo ſecundùm quendam modum ſacramentum corporis Chriſti corpus eſt Chriſti, perſtat in declaratione illius quod dixerat , Chriſtum quotidie immolari ſiue occidi in cruce (Coniunctio enim , Ergo, ſatis indicat priorem ſententiam repeti) quod non niſi per metonymiam explicari poteſt. Ipſa enim Euchariſtia ſiue ſacramen-

mentum corporis in altari, præſentat corpus Chriſti immolatũ atque occiſum in cruce, & ſacramentum ſanguinis ſignificat ſanguinẽ in ea ſpecie, in qua erat cùm de Chriſti latere percuſſo flueret. Sic ſanè cõceptis vocibus Corporis & Sanguinis, ſacramentum Euchariſtiæ, quin & ipſummet Chriſti corp⁹ ſub panis viniq; ſpeciebus contentum ac velatum, non eſt corpus Chriſti, ſed ſingum corporis Chriſti: quia Chriſtus nõ eſt in Euchariſtia ſub ea miſeria qua in cruce fuit, verũ ea ex eucha riſtia mẽte cogitationeq; concipitur. Hoc ſenſu ait Hieronymus: Dupliciter ſanguis Chriſti & caro intelligitur: vel ſpiritualis illa atq; diuina, de qua ipſe dixit, caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus: &, Niſi manducaueritis carnẽ meã, & ſanguinẽ meum biberitis, non habebitis vitã æternã: Vel caro & ſanguis, quæ crucifixa eſt & qui militis effuſus eſt lancea. Iuxta hãc diuiſionẽ, & in Sãctis eius diuerſitas ſanguinis & carnis accipitur: vt alia ſit caro quæ viſura eſt ſalutare Dei: alia caro & ſanguis, quæ regnum Dei non queãt poſsidere. Vbi Hieronymus, nõ duas ſubſtantias carnis, mortalis & glorioſę, ſed tãtùm diuerſas carnis qualitates indicat.

In 1. cap. epiſtolæ ad Ephe.

Ioan. 6.

Nec inuſitata eſt ſcripturis eiuſmodi locutio. Ait enim Chriſtus: Me non ſemper habebitis:&, Amodo non videbitis me: Illis verbis nō aſſerens, ſe poſt reſurrectionem non habendum,& in ipſo ſeculi fine (quādo ſicut viſus eſt aſcendere, veniet ad iudicandum viuos & mortuos) non videndum in humana natura:ſed ſignificat ſe in miſeria ac mortalitate nō ampliùs videndum:Quemadmodum rectè exponit Auguſtinus,* addēs & ſimilem prorſus Apoſtoli locum : Et ſi noueramus ſecundùm carnem Chriſtum, ſed iam non nouimus. quo ſcilicet loco , nomine Carnis miſeria carnis ſeu miſera caro intelligi debet.

Matt.26. Matt.23. Act.1. * Tracta tu 94. in Ioannē. 2.Cor.5.

Item & Lucę vltimo:Cùm , inquit, eſſem vobiſcum:id eſt, cum adhuc mortalis vobiſcum agerem. Ita deniq́ue & Apoſtolus: Caro,inquit,& ſanguis regnum Dei non poſſidebunt : accipiens nomine carnis & ſanguinis non quouis modo affectas ipſas ſubſtantias , ſed quatenus adhuc corruptioni ſubiacēt. Rurſum alibi: Deus,inquit, ventrem deſtruet . quod non ita intelligitur, ac ſi homo poſt reſurrectionem ventrem habiturus non eſſet, ſed quòd nō ſit ciborum egeſtate & ventris corruptione grauādus. Atqui nec ipſis gentilibus

1.Cor.15 1.Cor.5.

inſolita eſt hæc phraſis: vt patet ex eo quod ſcribit Ambroſius: Seipſum ſibi homo abneget, & totus mutetur: ſicut quendam adoleſcẽtem fabulę ferunt poſt amores meretricios peregrè profectũ, & abolito amore regreſſum poſteà veteri occurriſſe dilectæ: quæ vbi non interpellatá mirata putauerit non recognitam, rurſus occurrens dixerit: Ego ſum, reſpõderit ille: ſed ego nõ ſum ego, etc. Hæc Ambroſius. Vnde & Auguſtin⁹ interrogatus an Chriſtus nunc ſanguinẽ habeat: reſpondet eũ habere quatuor humores, ſed citra corruptionem: ibiq́; latè demonſtrat non ſequi, Sanguinem habet, ergo corruptionẽ. quia ex cõſuetudine rerum expertarum, inexperta opera diuina infirmitas metitur humana, & argutulè ſe garrire arbitratur cũ dicit: Si caro eſt, & ſanguis eſt: ſi ſanguis, & cæteri humores: ſi cæteri humores, ergo & corruptio. Iudicauit ergo Auguſtinus, nomine ſanguinis hominibus in mentem mox venire ſanguinem talem, qualẽ eum hic videmus, corruptioni nimirum et mortalitati ſubiacentem: Quemadmodum & vocabulo Corporis humani, ſtatim animo noſtro occurrit ipſa humana effigies, ac conſpicua membrorum diſtinctio. Eadem

Lib. 2 de pœnitentia c. 11.

epiſt. 146

dem quoque epiſtola, exponens Auguſti-
Epiſtol. 146. nus illud Apoſtoli, Non corpus quod futurum eſt ſeminas: Secundùm hoc ergo dixerat, inquit, Nō corpus quod futurum
1. Cor. 15 eſt ſeminas. Neque enim nō triticum erit ex tritico: ſed quia nemo ſeminat herbam vel ſtipulam & multiplicia in palea tegumenta granorum, cum quibus tamen ſemina exurgunt, ideo ait: Sed nudum granum: hinc volens oſtendere, quia ſi Deus poteſt addere quod non erat in nudo ſemine, multomagis poteſt reparare quod erat in hominis corpore. Hæc Auguſtinus. Sicut ergo Apoſtolus, dum adhibuiſſet ſimilitudiné ex tritico, ad oſtédendum nos eoſdé numero cùm reſurgemus futuros, qui eramus dū moreremur: (licet alia in gloria) quòd videlicet ſicut nō niſi ex tritico ſurgit in terra triticum, ita nos non alij, ſed illi ipſi qui fueramus reſurgemus: Sicut, inquam, hanc ex tritico adhibens ſimilitudinem, dixit tamen nō idem corpus renaſci, ideo quòd cū palea reſurgit, quod paleam non habebat quando ſeminabatur: Ita quoque dicere poſſumus, non idem iam eſſe Chriſti corpus, quod in euchariſtia ſumimus, cum eo quod crucifixum & viſum eſt à Iudæis; quia in cruce erat

erat miſerum nudèq; conſpicuum:in Eucharistia autem glorioſum eſt et velatum. ſicut Auguſtinus in Pſalmum 98. vbi dixiſſet adorandam eſſe Chriſti carnem antequàm manducetur, ait:Non hoc corpus quod videtis manducaturi eſtis & bibituri illum ſanguinem, quem fuſuri ſunt qui me crucifigent. quaſi dicat: Non ſumetis in ea ſpecie qua videtis corpus, nec ſanguinem ea ſpecie qua fundetur. Vnde ſubdit: Sacramētū aliquod vobis cōmendaui, ſpiritaliter intellectū viuificabit vos. et ſi neceſſe eſt illud viſibiliter celebrari, oportet tamen inuiſibiliter intelligi. Ecce, ſecundū quòd viſibiliter celebratur, ſacramentū eſt & nō corp⁹ vel ſanguis ſub qualitate viſibili:quatenus verò intelligitur, nō quidē inani phātaſia, ſed veraci fide:caro adorāda eſt, & ſanguis qui fuſus eſt. Sic in lib.3.de doctrina Chriſtiana, ad illā ſententiā, Niſi manducaueritis carnē etc. Flagitiū, inquit, vel facinus videtur iubere. Figura ergo eſt, pręcipiens paſsioni domini eſſe communicandum, & ſuauiter atq; vtiliter recondendum in memoria, quòd caro eius pro nobis crucifixa & vulnerata ſit. Quomodo Auguſt. facinus eſſe putat, mãducare carnē & bibere ſanguinem? Cap.16.

nempe cùm ſub propria ſpecie humana intelliguntur ea ſumenda. Caro (ait idẽ ipſe) non prodeſt quicquam, ſed, quomodo illi intellexerunt. Carnem quippe ſic intellexerunt, quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur, non quomodo ſpiritu vegetatur. Itẽ in Pſalmum 98. Putabant, ait, quòd præciſurus eſſet particulas quaſdam de corpore ſuo, & daturus illis. Hoc ergo ſenſu carne intellecta, tantũ figuratè Auguſtino caro Chriſti editur: At ſubſtantia carnis & ſanguinis prout ſunt corporaliter in hoc ſacramẽto, propriè in alimentũ ſumũtur: quẽadmodum aſſerit idẽ Doctor: Sed, inquiens, cũ Dominus dicat: Niſi manducaueritis carnẽ meã & biberitis meũ ſanguinẽ, non habebitis vitam in vobis: quid ſibi vult, quòd à ſanguine ſacrificiorũ quæ pro peccatis offerebantur, tãtopere populus pròhibetur, ſi illis ſacrificijs vnum hoc ſacrificium ſignificabatur, in quo vera ſit remiſsio peccatorũ: à cuius tamẽ ſacrificij ſanguine in alimentũ ſumendo, non ſolùm nemo prohibetur, ſed ad bibendũ potiùs omnes exhortãtur qui volũt habere vitã? Hęc Aug.

Tractatu 27. in Ioannem.

Idem.

Quæſt. 57. ſuper Leuiti.

Ioan. 6.

Hanc explicationem verborũ illorum Auguſtini, ex epiſtola 23. citatorum, habet

etiam

etiam Lanfrancus, ita ſcribens: Sacramentum corporis Chriſti, quantum ad id ſpectat quòd in cruce immolatus eſt ipſe Dominus Chriſtus, caro eius eſt quam forma panis opertam in ſacramento accipimus, & ſanguis eius quẽ ſub vini ſpecie ac ſapore potamus. Caro videlicet carnis, & ſanguis ſacramentum eſt ſanguinis. Carne & ſanguine, vtroq; inuiſibili, intelligibili, ſpirituali ſignificatur redemptoris corpus viſibile, palpabile, manifeſtè plenum gratia omnium virtutum, & diuina maieſtate. Quorum alterum quidem dum frangitur, & in populi ſalutẽ diuiditur, alterum verò effuſum de calice ab ore fidelium ſumitur: mors eius in cruce, & ſanguinis eius de latere emanatio figuratur. Vtrunque B. Gregorius & ſolerter attendit, & enucleatè in quarto dialogi libro ita exponit, dicens: Eius quippe caro ibi ſumitur, eius ſanguis non iam in manus infidelium, ſed in ora fidelium funditur. Penſandum ergo eſt quale ſit hoc ſacrificium, quod pro abſolutione noſtra mortem vnigeniti filij ſemper imitatur. Hæc Gregorius. Imitatur dixit, nõ operatur, quia reſurgẽs ex mortuis iam non moritur, mors illi vltrà non dominabitur. Caro ergo & ſanguis, qui-

Lanfrãcus.

Grego.

Rom. 6.

bus ad impetrandam pro peccatis noſtris Dei miſericordiã quotidie alimur, Chriſti corpus ac ſanguis vocantur, non ſolùm quia eſſentialiter idem ſunt, qualitatibus plurimùm diſcrepantes, verùmetiam eo locutionis modo, quo res ſignificãs ſignificatæ rei ſolet vocabulo nuncupari. Nec iuſtè quiſquam mouebitur, ſi eadem caro idemq; ſanguis ſuijpſorum ſacramẽta exiſtãt, ſecundũ aliud atq; aliud accepta: cùm ipſe dominus Ieſus poſt reſurrectionem ſuam ſuijpſius diuerſa temporum ratione typum geſſerit & figuram. Apparẽs enim duobus diſcipulis, locutuſq; eis quantum ſatis eſſe iudicauit, dum finxit ſe longiùs ire (ſicut B. Auguſt. dicit) ſignificauit ſe poſt paucos dies in cœlum aſcenſurũ eſſe. Qnod iter longè remotum eſt à communi hominum vita, quæ ipſis duobus diſcipulis euidentiſsimè figurata eſt. Chriſtus ergo Chriſti eſt ſacramentum: longiùs videlicet ire ſe fingens, longiùs ſuo tempore aſcendentis in cœlum, idem eiuſdem, nec tamen vſquequaq; eiuſdem. Verus nanq; Deus, & verus homo, & fingens, & aſcendens. Veruntamen aliud eſt figmentum terreni itineris, & aliud veritas cœlum aſcendentis. Nec aliquis ita deſipuerit, vt propte-

Eadẽ caro vt idẽ ſanguis ſuijpſorũ ſacramẽta exiſtunt.

Lucæ 24

propterea abnegare præſumat fingentem ſe longiùs ire eſſe verum Chriſtum: quia ipſo figmento longioris itineris, ſignificauit verum Chriſtum aſcenſurum in cœlum. Hæc Lanfrancus. Ex quibus patet, quomodo Auguſtinus dixerit, ſcribens in Pſalmum tertium: Iudam adhibuit dominus ad conuiuium, in quo corporis & ſanguinis ſui figuram diſcipulis commendauit & tradidit. Agit nempe de corpore & ſanguine Dñi prout in cruce Deo oblata ſunt, & prout Chriſtus vulneratione corporis & ſanguinis effuſione mortuus fuit. Libro autem 20. cōtra Fauſtum, apertè de ſacrificio crucis & paſsionis Chriſti loquens: Huius, inquit, ſacrificij caro & ſanguis, ante aduentum Chriſti per victimas ſimilitudinum promittebatur, in paſsione Chriſti per ipſam veritatē reddebatur: poſt aſcēſum Chriſti, per ſacramentum memoriæ celebratur. & iterum paulo infrà, Deo offerebatur ſimilitudo promittens veritatem ſacrificij, cui erat offerenda ipſa reddita veritas in paſsione corporis & ſanguinis Chriſti: Quibus verbis ſacrificium noſtrum vocat Auguſtinus ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti prout in cruce offerebantur.

Cap. 21.

Ibidem.

Ad eun-

Ad eundem modum intelligitur & illud commẽtarij Ambroſio inſcripti: (ſicut ipſe ſenſus obuius eſt) Qui enim morte domini liberati ſumus, huius rei memores in edendo & potando carnem & ſanguinem, quæ pro nobis oblata ſunt ſignificamus. Deinde paulo pòſt: Teſtamentum ergo ſanguine conſtitutum eſt, quia beneficij diuini ſanguis teſtis eſt, in cuius typum nos calicem myſticum ſanguinis ad tuitionẽ corporis & animæ noſtræ percipimus. Vbi notet lector, Artopæum ex Oecolampadio, poſt, Potando, ponere diſtinctionem: quum conſtet eam ibi non conuenire. ſenſus enim eſt: Dum edimus & bibimus carnem & ſanguinem, ſignificamus ea quæ pro nobis oblata ſunt. alioqui, vel verbum Significamus, vel gerũdia Edendo & Potando, nõ habebunt Accuſatiuum quem regant. Cæterùm nec ita benè colligitur: Eſt figura corporis, ergo non eſt corpus. quoniam vt iam oſtendimus, idem nonnunquam ſuiipſius ſignum eſt, ſub diuerſa ratione accepti. Hinc Tertullianus: Planè, inquit, de ſubſtantia Chriſti putant & hîc Marcionitæ ſuffragari Apoſtolum ſibi quòd phantaſma carnis fuerit in Chriſto, cùm dicit quòd in effigie conſtitutus, non

In locũ c. 11. prioris ad corinth.

Henricus Artopæ⁹.

Non recte colligi; Eſt figura corporis, ergo non eſt corp⁹.

li. 5. cõtra Marcio. c. penult.

non rapinam exiſtimauit pariari Deo, ſed exhauſit ſemetipſum accepta effigie ſerui non veritate, & in ſimilitudine hominis, non in homine, & figura inuentus homo, non ſubſtãtia, id eſt, non carne: Quaſi non & figura & ſimilitudo & effigies ſubſtantiæ quoque accedant. Bene autem, quòd & alibi Chriſtum imaginem Dei inuiſibilis appellat (ſ. Apoſtolus). Nunquid ergo & hîc, quia in effigie eum Dei collocat, æquè non erit Deus Chriſtus verè, ſi nec homo verè fuit, in effigie hominis cõſtitutus? Vtrobique enim veritas neceſſe habebit excludi, ſi effigies, & ſimilitudo, & figura phantaſmati vindicabitur. Hæc Tertullianus. Sic & Ambroſius: Nec ſibi, inquit, blandiatur virus Appollinare quia ita legitur: Et ſpecie inuentus vt homo. Non enim negatus eſt homo Ieſus, cùm alibi ipſe Paulus de eo dicat, Mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, ſed confirmatus eſt. Id enim vſus & moris ſcripturæ ſic ſignificare. Sic & in euangelio legimus: Et vidimus gloriam eius gloriam quaſi vnigeniti à Patre. Sicut ergo quaſi vnigenitus dicitur, & non abnuitur vnigenitus Dei filius: ita vt homo dicitur, & perfectio fuiſſe in eo hominis non

Philip. 2. Coloſ. 1. Epiſt. 47. Philip. 2. 1. Tim. 2. Ioan. 1.

non negatur. Auguſtinus ſimiliter multis in locis loquitur. Aſſumptus eſt, inquit, filius hominis, in qua forma ipſius Dei Verbi perſona demonſtraretur. Item epiſtola 102. dicit filiũ Dei per hominẽ monſtrari: idemq; habet libro 2. contra Maximinum capite 19. Item Ambroſius in fine libri 2. in Lucam: Cum vtique filius Dei in eo quòd Deus eſt filius, nõ videtur, demonſtrare ſe voluit in corpore. Imò Auguſtinus, Chriſtum vocat ſacramẽtum filij Dei: quemadmodũ & Ambroſius ait, Dicimus vnam eſſe poteſtatem Trinitatis, quam nos in ipſa atque poſt ipſam docuit paſsionem. Filius enim patitur per corporis ſacramentum, Apoſtolis Spiritus ſanctus infunditur, Pater quoq; maxima voce ſignatur. Quemadmodùm itaque non ſequitur: Chriſtus eſt ſacramentũ filij Dei, ergo non eſt filius Dei: ita quoque nec illa eſt bona ſequela, Hoc eſt ſacramentum ſeu figura corporis domini, ergo non eſt corpus domini. Quinimò, apud Latinos figuræ nomen commune eſt & ad qualitatem & ad ſubſtantiam. A fingendo ſiquidem deriuatur. Fingimus autẽ quæ formamus, componimus, aut efficimus. Fingimus quoque, quorum ſimilitudinem producimus,

Lib. de Trini. c. 6

Quæſt. 42. in lib. 83. quęſt. lib. 1. de fide c. 4.

cimus. Sapientiæ 7. In ventre matris figuratus ſum caro. Lactantius ipſe in ea ſignificatione vſurpat: Homo, inquiens, ex anima & corpore configuratus eſt. Rurſum: Homo, inquit, ad colēdum Deum & contemplandum figuratus eſt. Ex his intelligere licet, quomodo dixerit Ambroſius ſacramēta transfigurari in carnem & ſanguinem Chriſti: Item, Chriſtum nunc in imagine offerri, in cœlo in veritate: quia nimirum hîc velatus, ibi verò apertus: hîc in recordationem & ſignificationē tranſactę iam paſsionis offertur. Illa, inquit, nobis expetenda, in quibus perfectio, in quibus veritas eſt. hîc vmbra, hîc imago: illic veritas. Vmbra in lege: imago in euangelio: veritas in cœleſtibus. Antè agnus offerebatur, offerebatur vitulus: nūc Chriſtus offertur, ſed offertur quaſi homo, quaſi recipiens paſsionem, & offert ſe ipſe ſacerdos vt peccata noſtra admittat. hîc in imagine: ibi in veritate, vbi apud patrē quaſi aduocatus interuenit. hîc ergo in imagine ambulamus, in imagine videmus: illic facie ad faciem, vbi plena perfectio, quia perfectio omnis in veritate eſt. Similia habet in Pſalmū trigeſimum. Sic & Baſilius rectè intelligitur: etſi iuxta Epiphanium,

lib. 7. c. 4

Cap. 5. eiuſdem libri.

lib. 4. de fide c. 5.

lib. 1. offici. c. 48.

nium in ſynodo Nicena ſecũda, & Damaſcenum libro 4. cap. 14. vocauerit panem & vinum exemplaria corporis & ſanguinis Chriſti ante ſanctificationem: Sicut & Ambroſius libro 4. de ſacramẽtis capite 5. dicit: Sacerdos inquit: Fac nobis hanc oblationem aſcriptam, rationabilem, acceptabilem: quod eſt figura corporis & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti. Quæ quidem ſolutio Damaſceni, & Epiphanij ſcribentis contra Iconoclaſtas, optimè ſeruiebat eorum tempeſtate, quando in Miſſa Baſilij antè cõſecrationis verba vocabantur figuratiua. At non nunc, cùm ex illius Miſſæ perturbato ordine (nam tempore ſeptimæ ſynodi ad dicta Dionyſij Areopagitæ conformiùs habebat) poſt conſecrationem quoque ita appellantur. Videatur Beſſarion, in libello vbi tractat quibus verbis fiat euchariſtiæ conſecratio. Ideo verò panis & vinum etiam ante cõſecrationem vocantur exemplaria corporis & ſanguinis Chriſti, ſiue antitypa, hoc eſt, correſpondentes figuræ: quia homines, vti pane ac vino aluntur, ita & Chriſti corpore & ſanguine: & eaſdem ipſas qualitates, quibus panis & vinum ante conſecrationem affecta erant, corpus

Vide ſup. pag. 17.

pus & ſanguis Chriſti poſt conſecrationem habent. Proinde, cùm in altari ponuntur, ex ipſa actione ſignatur in quid per conſecrationem vertentur, ac ita figuræ nuncupantur (idque ſatis congruè) corporis & ſanguinis quæ poſt conſecrationem adſunt. Quod Euſtatius citatus ab Epiphanio in 7. Synodo, tractans illud Prouerbiorum: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miſcui vobis, dicit: Hic per panem & vinum antytipa membrorum corporalium Chriſti prædicat: Quidam intelligit de membris myſtici corporis, hoc eſt, de fidelibus, vt idem dicat hîc Euſtatius, quod Cyprianus habet in epiſtola ad Magnum. Interim poterit & aliter intelligi, vt ſanguinem Chriſti corporale mẽbrum Chriſti vocârit. Epiphanius verò, putat iſta verba dicta eſſe de pane & vino ante conſecrationem, ideo fortè quòd tunc fiat miſtio vini & aquæ. alioquin enim, etiam poſt conſecrationem intelliguntur de ipſis, vt & iam expoſuimus, & Beſſarion docet. In ſecunda ſynodo Nicena agit Epiphanius de ea imagine, quæ à veritate diſtinguitur. ait enim: Si imago corporis eſt panis, non poteſt ſanè fieri diuinum corpus.

Suprà pag. 17. Prou. 9.

Supra pag. 16.

dixit, Hic eſt filius meus: quod impius Neſtorius audet impropriè accipere, ac per tropum dictũ. Sicut ergo Tertullianus dicit, eius eſſe voce exhibẽtis vti in demonſtratione promiſsi, qui aliquando promiſit (loquens de Deo patre, demonſtrãte filium) ita dicere nobis licet de Chriſto, dicente, Hoc eſt corpus meum: Quod enim in veteri lege ſub typo eſus agni paſchalis promiſit, hoc in cœna exhibuit, demõſtrãdo corpus quod edendum dabat. Matth. 3. Matt. 26.

Bella porrò eſt quam adfert Henricus Artopæus ſolutio: [Nec eſt, inquiens, quod iſtis patribus (putat Tertullianum, Baſilium, Auguſtinum, Damaſcenum: quem poſtremum dicit teſtem eſſe, à Baſilio euchariſtiam vocari figuram: ſed ſuo more, parum ingenuo, ſubticens reliqua Damaſceni verba, quibus docet & catholicam ſententiam, & Baſilij verba de euchariſtia ante conſecrationem eſſe dicta) opponant Theophilactum, aſſerentem panem non eſſe figuram corporis Chriſti, quando is intelligit nudam & inanem: quod verba eius ſuper Marcum ſatis oſtẽdunt, vbi aſſerit non eſſe figuram tantùm. Neque patres inanem figuram ſtatuunt.] Rectè Artopæus: ſi nudam figu-

ram rectè explicaret. Vult enim Theophilactus non eſſe figuram talem, in qua non ſit panis tranſelementatus & tranſformatus in corpus domini. Artopæus autem, intelligit inanem ideo non eſſe figuram, quòd per ſignum panis corpori domini in cœlo poſito fide coniungamur.

In 26. ca. Matth. Verba Theophilacti ſunt iſta: Porrò dicens; Hoc eſt corpus meum, oſtendit quòd ipſum corpus domini eſt panis qui ſanctificatur in altario, & non reſpondens figura. Non enim dixit: Hoc eſt figura, ſed: Hoc eſt corpus meum. Ineffabili enim operatione transformatur, etiam ſi nobis videatur panis. Quoniam infirmi ſumus & abhorremus crudas carnes comedere, maximè hominis carnem, & ideo panis quidem apparet, ſed caro eſt. Hæc ibi Theophilactus. In cap. 23. Matthæi item ſcribit: In veteri lege, inquiens, non permittit Chriſtus donum maius eſſe altario: apud nos autem altarium à donis magis ſanctificatur. Panes enim in dominicum corpus diuina gratia conuertuntur, ideo ſanctificatur ab eis altare. Rurſum in 14. caput Marci: Cum, inquit, benedixiſſet, hoc eſt, gratias egiſſet, fregit panem: id quod etiā nos facimus, preces adiungēdo,

hoc

Hoc eſt corpus meum, hoc,inquam, quod ſumitis. Non enim figura tantùm & exemplar quoddam dominici corporis panis eſt,ſed in illum conuertitur corpus Chriſti. Dominus enim dicit: Panis quem ego dabo, caro mea eſt: non dixit, Figura eſt carnis meæ,ſed,caro mea eſt. Et iterum: Niſi ederitis carnem filij hominis. Et quomodò,inquit,caro non videtur? O homo, propter noſtram infirmitatem iſtud fit, Quia enim panis quidem & vinum ex his ſunt quibus aſſueuimus, ea non abhorremus:ſanguinem verò propoſitum & carnē videntes,non ferremus, ſed abhorreremus: idcirco miſericors Deus infirmitati noſtræ cōdeſcendens,ſpeciem quidem panis & vini ſeruat, in virtutem autem carnis & ſanguinis trāſelementat. Hactenus Theophilactus. Eat nūc Artopæus, doceatque,Theophilactū ſentire panē in euchariſtia manere, ſeu corpus domini in ea corporaliter non eſſe. Suadeo potiùs, vt cum magiſtro ſuo Ioanne Caluino, qui quinque ſecula Apoſtolorum ætati ſuccedentia pro ſe loqui mendaciter iactitat, hunc poſt illa ſecula quinque exortum, tanquam Papiſtis nobis cōſonum reijciat, nec oleum & operam perdat, vt hîc ab eo

Ioan. 6.

In ſacramēto euchariſtiæ cur caro non videatur.

O ij patro-

patrocinium emendicet: Ambroſius dum capite nono libri de ijs qui myſterijs initiãtur, dicit: Poſt conſecrationem corpus Chriſti ſignificatur: vocem Significatur accipit pro Nuncupatur. Ipſe clamat dominus Ieſus: Hoc eſt corpus meũ. Ante benedictionem verborum cœleſtium, inquit, alia ſpecies nominatur. Poſt conſecrationem corpus Chriſti ſignificatur. Ipſe dicit ſanguinem ſuum. Ante conſecrationem aliud dicitur, poſt conſecrationẽ ſanguis nuncupatur. Et tu dicis Amen, hoc eſt, verum eſt. quod os loquitur, mens interna fateatur. quod ſermo ſonat, affectus ſentiat.

Ambroſ.

Argumentatur & ſic Caluinus: [De figura diſputans VVeſtphalus, negat Auguſtinum vſquam verba Chriſti: Hoc eſt corpus meum, ita interpretari quaſi panis corpus ſignificet. Hoccine eſt perfidię conuincere, vbi verbis minimè obſcuris inſtructi, ingenuè prodimus in medium? Auguſtini verba ſunt, dominum non dubitâſſe dicere: Hoc eſt corpus meum, quum ſignum daret corporis ſui. Et quorſum ita loquitur? vt ſcripturam ſæpe figuratè loqui probet.]

In vltima admonit. Weſtph.

Hîc, vt ei reſpondeamus, verba ipſa quæ di-

quæ dicit Auguſtini, nihil immutata ponamus. ſunt autem hæc: Vbi enim terminum (homicidiorum ſcilicet, quæ non ſolùm in ouibus, ſed & in pulicibus occidendis putant committi) cõſtituant (Manichæi) non inueniunt: atque ita per iſtam nugatoriam credulitatem, conſcientiæ illorum innumerabilibus homicidiorum ſceleribus obruuntur. Nam ex eo quod ſcriptum eſt, Sanguinem pecoris animam eius eſſe, præter id quod ſuprà dixi, non ad me pertinere quid agatur de pecoris anima, poſſum etiam interpretari, præceptum illud in ſigno eſſe poſitum. Non enim dominus dubitauit dicere: Hoc eſt corpus meũ, cùm ſignũ daret corporis ſui. Hæc Auguſtinus. Animaduertendum eſt, diuum Auguſtinum Manichæos ſæpe oppugnare non ex ſua ſententia, ſed ex his quæ quoquò modo ad eos redarguendos valere videtur: vt ipſemet teſtatur cap. 11. & 12. libri de bono perſeuerantiæ. Hoc & hîc fecit. Conſtat enĩ Manichæos docuiſſe, Chriſtum non habuiſſe veram carnem, ſed duntaxat ſimulatam carnis ſpeciem ludificandis humanis ſenſibus præbuiſſe. Ideoq; eas ſcripturas quæ Chriſtum deſignabant corpus habuiſſe, interpretabantur dictas

Cap. 12. li. contra Adimãtũ Manichæi diſcipulũ

Aug. l. de hæreſ. ad Quod-uult deũ.

ſecundùm apparētiam & ſignificationem fallacem. Cùm ergo & Moſen reijcerent,
Leu.17. quia dixit ſanguinem eſſe animá: reſpondet Auguſtinus id à Moſe dictũ, quia ſanguis animam ſignificat. Quæ reſponſio vt firmior ſit, citat eis ex nouo teſtamēto ſcripturam, (nã vetus teſtamentum reijciebant) quam iuxta cõſequentiã ſui erroris, non niſi per metonymiam exponere poterant, hâc nimirum, Hoc eſt corpus meũ: quam, inquam, ex conſequentia erroris ſui, quo credebant Chriſtum corpus non habuiſſe: non alium ſenſum habere volebant, quam:
Matt.26. Hoc ſignificat corpus meum, non quidem veraciter verum corpus, ſed fallaciter & falsò apparens: ſicut has ſcripturas, Chriſtus mortuus eſt, Chriſtus flagellatus eſt: exponebãt dictas propter apparentiam fallacem. Eſt & aliud hîc animaduertendum: Auguſtinum non putaſſe ſanguinem eſſe dictum animam ob ſimplicem ſignificationé, ſicut ſtatua Romuli Romulus dicitur, nihil habens Romuli præter externæ figuræ ſimilitudinem: ſed quia ita animam ſignificat, vt etiam illam in corpore contineat.
Quęſt. 57 ſuper Leuiticum. Quærendæ ſunt, inquit, locutiones ſignificantes per id quod continet, id quod continetur: vt quoniam anima

anima ſanguine tenetur in corpore (nā ſi fuerit effuſus, abſcedit) per ipſum aptiùs ſignificata ſit anima, & eius nomen ſanguis acceperit: ſicut eccleſia dicitur locus quo eccleſia congregatur. Nam eccleſia homines ſunt. Quia igitur Auguſtinus ſciebat dominicum corpus realiter ſic contineri panis ſpeciebus, ſicuti ànima continetur ſanguine: inſuper, Manichæorum deliramenta tradere, Chriſtum in ſpicis, ſarmentis, & omnibus eſcis eſſe ligatum, eſuq́ue electorum Manichæorum liberari: maximè in eorum non dico èuchariſtia, ſed achariſtia: Putauit eis ſcripturam de corpore domini ſub ſpeciebus panis contento loquentem, aptiſsimè citari, ad docendū nō debere reijci Moyſis ſcripturam, quòd dicat ſanguinē eſſe animā. Sicut enim, ſi in èrrore ſuo perſiſtere volebant, cogebantur illam Domini ſentētiam: Hoc eſt corpus meū, ſic exponere, Hoc eſt ſignum corporis mei, in quo ſigno ego ſum ligatus: Ita nō minùs rectè eis Auguſtinus Moyſis ſententiā exponit: Sanguis eſt anima, hoc eſt, anima ſanguine ſignatur & in eo continetur. Proinde, Auguſtinus hāc eorum expoſitionem ſic ſubindicat, vt tamen eam non velit eſſe veram, ſed effi-

cacem ad eos refellendos. Non, inquit, dubitauit dicere, Hoc eſt corpus meum, cùm ſignum daret corporis ſui. Non, inquam, dicit hunc eſſe ſenſum illorum verborum Domini, ſed tãtùm, dominum hoc dixiſſe, quod Manichæis non aliter videbatur intelligendum. Nos autem ita fatemur datũ ſignum, vt tamen illud ipſum ſignũ intelligamus eſſe verè corpus Dominicum.

Omitto, non parum probabilem eſſe illorum opinionem, qui hæc verba Auguſtino ab aliquo VVicleſiſta vel alio Sacramentario, aſſuta exiſtimant: quòd nec Berengarius, nec VViclef ea vſquam pro ſua defenſione protulerint: neque quiſquam catholicorum aduerſus eos ſcribentium ea tractauerit: Inſuper, quòd durè dictum ſit, Interpretari ex eo: & præceptum eſſe, Sanguis eſt anima, quæ vtraque eo loco habentur, multùm ſanè ab ipſius Auguſtini exacta locutione, & limato ſermone abhorrẽtia. Hoc certum eſt: nihil perire contextui Auguſtini, ſi ex contextu eius verba quæ nos citauimus, ab illo loco: Nam ex eo quod ſcriptum eſt etc. vſq; ad finé, eximantur, quoniam quicquid ijs verbis dicitur, id in fine capitis eiuſdem latiùs & expeditiùs, idque ſermone concinniore, repeti-

repetitur, prolato clariore exemplo ex Apoſtolo: Petra erat Chriſtus. Hæc eò dixerim, vt ſtudioſis conſulendi exemplaria vetera manuſcripta occaſionem præbeam: in quibus vel omnia iſta verba deſint, vel ſaltem accuratiùs legatur, ſic: Ná id quod ſcriptum eſt etc. poſſum etiam interpretari illud in ſigno eſſe poſitum etc. Cæterùm, optimè quadrat Auguſtini loco id quod primò diximus. 1. Cor. 10

Nunc Tertulliani verba quæ ex quarto libro contra Marcioné citantur, elucidáda veniunt. Scripſit igitur eum librum Tertullianus contra antithéſes Marcionis, hoc eſt, contra contrarietates quas Marcion docebat eſſe inter Deum veteris teſtaméti ac prophetarum, & Deũ noui teſtaméti atq; Chriſtum. Oſtendit autem ſummam inter vtrunq; teſtamentum eſſe concordiá vnumq; Deum vtriuſq; authorem: & omnia quæ Chriſtus geſsit, in veteri teſtaméto præfigurata fuiſſe & prædicta. Idq; agit Tertullianus percurrendo Euangelium, quod etiam Marcion, licet aliquantulùm corruptum, recipiebat. Et hoc ipſum Tertullianus principio quarti libri profitetur, dicens: Omnem ſententiam & omnem paraturam impij atque ſacrilegi Marcionis,

ipſum iam euangelium eius prouocamus, quod interpollãdo ſuũ fecit. Et vt fidẽ inſtrueret, dotẽ quandã cõmentatus eſt illi, opus ex cõtrarietatũ oppoſitionibus, Antithéſis cognominatũ, & ad ſeparationem legis & euãgelij coactũ, qua duos Deos diuidẽs, proinde diuerſos, alterũ alteriꝰ inſtrumẽti, vel (quod magis vſui eſt dicere) teſtamẽti, vel exinde euãgelio quoq; ſecũdũ antithéſeis credẽdo patrocinaretur. Sed & iſtas proprio congreſſu cominus, id eſt, per ſingulas iniectiones Põtici cecidiſſem, ſi nõ multo opportuniùs in ipſo, & cũ ipſo euãgelio, cui procurant, retunderentur, quanquã tam facile eſt præſcriptiuè occurrere, equidẽ vt acceptò eas faciã, vt ratò habeam, vt nobiſcum facere dicam, quò magis de cæcitate authoris ſui erubeſcant noſtræ iam antitheſeis aduerſus Marcionem. Atque adeò confiteor, alium ordinem decucuriſſe in veteri diſpoſitione apud creatorem, alium, in noua apud Chriſtum. Non nego diſtare documẽta eloquij, præcepta virtutis, Legis diſciplinas: dum tamen tota diuerſitas in vnum & eundem Deum competat, eum ſcilicet à quo conſtat eam diſpoſitam ſicut & prædicatam.

Iſa. 2. Olim concionatur Eſaias, prodituram ex

Sion

Sion legem,& ſermonem Domini ex Ieruſalem,aliam vtiq; legem, aliumq́ue ſermonem.Hæc Tertullia nus.

Hoc luce clarius eſt ei,qui vel leuiter totũ illũ librũ percurrerit. Verba ergo quę vrgere ſolent aduerſarij, paucis tum quæ præcedunt,tum quæ ſequuntur adiunctis, recitemus.Erãt, inquit, & alia loca apud *Tertul.* Hieruſalem ad docendum, erant & extra Hieruſalem ad ſecedendum : ſed enim per diem in templo docebat, vt qui per Oſee prædixerat, In templo meo me inuenerunt, & illic diſputatum eſt ad eos,ad noctem verò in Elæonem ſecedebat. Sic enim Zacharias demonſtrârat. Et Zach.14. ſtabunt pedes eius in monte Elæone. Erant horæ quoque auditorio competentes. Diluculo conueniendum erat, quia Mar.1. per Eſaiam cum dixiſſet Dominus : Dat Iſa.50.b. mihi linguam diſciplinæ, adiecit, Apposuit mihi mane aurem ad audiendum. Si hoc eſt prophetias diſſoluere, quid erit adimplere? Proinde, ſcit & quando pati oporteret eum, cuius paſsionem lex figurat.Nam è tot feſtis Iudæorum, Paſchæ dié elegit.In hoc enim ſacramentũ pronũciârat Moyſes, Paſcha eſt dñi.Ideo & affe- Exo.12.b. ctũ ſuũ oſtendit,Concupiſcentia cõcupiui Lucæ.22.

paſcha

Lucæ 22. paſcha edere vobiſcum, antequam patiar.
ô legis deſtructorem, qui concupierat etiá
paſcha ſeruare. Nimirũ veruecina illum
Iudaica delectaret? An ipſe erat qui tãquá
Iſaiæ. 53. ouis ad victimam adduci habens, & tan-
quam ouis coram tondente ſic os nõ aper-
turus, figurá ſanguinis ſui ſalutaris imple-
re concupiſcebat? Poterat & ab extraneo
quolibet tradi, ni dicerem & in hoc Pſal-
Pſal. 40. mum expunctum: Qui mecũ panem edit,
Ioã. 13. b. leuabit in me plãtam. Poterat & ſine prę-
mio tradi. Quanta enim opera traditoris
Ioã. 18 b. circa eum, qui populum coràm offendens,
nec tradi magis potuiſſet quàm inuadi?

Sed hoc alij competiſſet Chriſto, non qui Prophetias adimplebat. Scriptum eſt enim pro eo quòd venundedêre iuſtum. Nam & quantitatem & exitum prętij, poſteà Iuda pœnitéte reuocati, & in emptionem dati agri figuli (ſicut in euágelio Matthæi continetur) Hieremias præcanit, Et
Matt. 27. acceperunt triginta argenteos præcium
appretiati, vel honorati, & dederunt eos in agrum figuli. Profeſſus itaq; ſe concupiſcentia concupiſſe edere paſcha vt ſuum, (indignum enim vt quid alienum concupiſceret Deus) acceptum panem & diſtributum diſcipulis, corpus ſuũ illum fecit.

Hoc eſt

Hoc eſt corpus meum dicendo,id eſt figura corporis mei. figura autem non fuiſſet, niſi veritatis eſſet corpus. Cęterùm vacua res, quod eſt phantaſma, figuram capere non poſſet. Aut ſi propterea panem corpus ſibi finxit,quia corporis carebat veritate,ergo panẽ debuit tradere pro nobis. Faciebat ad vanitatẽ Marcionis, vt panis crucifigeretur.Cur autem panem corpus ſuum appellat, & non magis peponem, quem Marcion cordis loco habuit, nõ intelligens veterem fuiſſe iſtá figuram corporis Chriſti,dicentis per Hieremiam: Aduerſus me cogitauerunt cogitatum,dicentes: Venite conijciamus lignum in panem eius, ſcilicet crucem in corpus eius. Itaq; illuminator antiquitatum, quid tunc voluerit ſignificâſſe panem, ſatis declarauit, corpus ſuum vocans panem. Sic & in calicis mentione, teſtamentum conſtituens, ſanguine ſuo obſignatum, ſubſtãtiam corporis confirmauit.Nullius enim corporis ſanguis poteſt eſſe niſi carnis. Nam ſi qua corporis qualitas non carnea opponetur nobis,certè ſanguinem niſi carnea non habebit.Ita cõſiſtit probatio corporis de teſtimonio carnis,probatio carnis de teſtimonio ſanguinis. Vt autem & ſanguinis veterem

Matt. 26.

Iere. 11.

veterem figurã in vino cognoſcas, aderit
Iſa. 63. Iſaias. Quis, inquit, qui aduenit ex Edom?
Rubor veſtimẽtorũ eius ex Boſor, ſed decorus in ſtola violẽta cũ fortitudine. Quarè rubra veſtimẽta tua: & indumẽta ſicut de foro torcularis pleno cõculcato? Spiritus enim propheticus, velut iã contẽplabundus dñm ad paſsionẽ venientẽ, carne ſcilicet veſtitũ vt in ea paſſum, cruentũ habitum carnis in veſtimentorũ rubore deſignat, conculcatę & expreſſæ vi paſsionis tãquã in foro torcularis: quia exinde quaſi cruentati homines de vineæ rubore deſcẽdant. Multo manifeſtiùs Geneſis in benedictione Iudæ: ex cuius tribu carnis cenſus Chriſti proceſſurus, iã tũc Chriſtũ in Iuda
Gen. 49. deliniabat. Lauabit, inquit, in vino ſtolam ſuã, & in ſanguine vuæ amictum ſuũ: ſtolã & amictum carnem demonſtrans, & vinũ ſanguinem. Ita & nunc, ſanguinem ſuum in vino conſecrauit, qui tunc vinum in
ad finem libri 4. ſanguine figurauit.

Hactenus Tertullianus. Ex quibus eius verbis, liquet eum diſputare de figuris veteris teſtamenti, quas per Chriſtum impletas oſtendit. Nullum autem eſt verbum eius, quo vel leuiter coniectare poſſimus, eum agere de aliqua figura noui teſtamenti

ſtamenti à Chriſto in cœna inſtituta. Figurá, inquit, ſanguinis ſui ſalutaris implere concupiſcebat: quando ſcilicet deſyderio deſyderauit edere paſchalem agnum, quia ipſe verus agnus mori volebat, & pro vmbratico agno ſuum corpus & ſanguinem ſumenda inſtituere, & ſic veterem ceremoniam finiendo implere. Et poſt pauca ſubdit verba quæ exagitantur ab hæreticis: Acceptum panem & diſtributum diſcipulis corpus ſuum illum fecit, Hoc eſt corpus meum dicendo. Hîc apertè dicit Tertullianus, Chriſtum pané corpus ſuum effeciſſe. quod eo ſenſu dicitur, quia ex pane, remanétib⁹ ſpeciebus panis, fecit corpus ſuũ. Quá eſſe ipſius Tertulliani ſententiá, patet ex libro ſecũdo ad vxoré, vbi ait: Nõ ſciet maritus (infidelis ſcilicet) quid ſecretò ante omné cibũ guſtes. & ſi ſciuerit pané, non illũ credet eſſe qui dicitur. Cæterùm, cur Tertullianus velut exponens, adiecit: Id eſt, figura corporis mei? Quia declarare volebat, Chriſtum dicentem, Hoc eſt corpus meum, eoque verbo ex pane corpus ſuum efficientem, id impleuiſſe quod in veteri teſtaméto figuratũ erat, vbi per pané erat ſignatum corpus eius, & panis nomine appellatum,

propterea

loqui de pane, qui in veteri lege figuram gerebat corporis: quam gerere nequiuiſſet niſi Chriſtus verũ corpus habitur⁹ fuiſſet, & non phantaſticũ. Subdit paulo inferiùs Tertullianus: Cur autẽ panẽ corpus ſuum appellat, & nõ magis peponẽ, quẽ Marciõ cordis loco habuit: non intelligens veterẽ iſtam fuiſſe figuram corporis Chriſti, dicẽtis per Hieremiam etc. Diligenter aduerte Tertullianum dicere, non panem eſſe figurã corporis Chriſti à Chriſto in nouiſsima cæna inſtitutã, ſed, panẽ fuiſſe veterem figurã. Iterũ paulo inferiùs: Itaq; illuminator antiquitatũ, quid tunc voluerit ſignificâſſe panẽ, ſatis declarauit corpus ſuũ vocãs panẽ. Nota quòd de Chriſto illuſtratore antiquarum prophetiarũ dicat, quòd tunc voluerit ſignificâſſe panẽ: non autem quòd nunc velit ſignificare panem. & ſtatim infrà: Vt, inquit, ſanguinis veterem figuram in vino recognoſcas etc. Ecce, dicit in vino veterẽ ſanguinis figurã fuiſſe, non ex Chriſti in cœna inſtitutione nouam. Et ſtatim pòſt: Nũc, inquit, (hoc eſt, in nouiſſima cœna) ſanguinẽ ſuum in vino conſecrauit, qui tunc (hoc eſt, per Iacob patriarchã vinũ in ſanguine figurauit. Ecce, diſtinguit cõſecrationẽ à figuratione. Figu- Gen. 49

ram tribuit vino,conſecrationem ſangui-
ni in vino: figuram veteri legi,conſecra-
tionem nouæ. Quod verò libro quarto
dixit, quò oſtenderet concordiam inter
Deum veteris teſtamenti & Chriſtum,
eundemq; eſſe noui & veteris authorem,
oſtendendo Chriſtum figuras veteris le-
gis reipſa implêſſe: hoc ipſum & in libro
contra Iudæos repetit, vt probet Ieſum
Mariæ filium illum eſſe Chriſtum, de quo
Iudæorum prophetæ tam multa prædixe-
runt. Natus eſt, inquit, nobis, cuius impe-
Iſaiæ.9. rium factum eſt ſuper humerũ ip ſius. Quis
omnino regum inſigne poteſtatis ſuæ hu-
mero præfert, & non aut capite diadema,
aut in manu ſceptrum, aut aliqua proprie-
tate vſus noua? Sed ſolus nouus rex ſecu-
lorũ, Chriſtus Ieſus nouam gloriã & pote-
ſtatem et ſublimitatẽ ſuã in humero ex-
tulit, crucem ſcilicet: vt ſecundùm prio-
Pſal.95. rem prophetiam exinde Dominus regna-
ret à ligno. De hoc enim ligno etiam Deus
inſinuat per Hieremiam quòd eſſetis di-
cturi: Venite, mittamus in panem eius lig-
Iere. 11. nũ, & conteramus eum à terra viuorum, &
nomẽ illius nõ memorabitur ampli⁹. Vtiq;
in corpus eius lignũ miſſum eſt. Sic enim
Chriſtus reuelauit, panẽ corpus ſuũ appel-
lans,

lans,cuius retrò corpus in pane Prophetes nunciauit. Hæc de Tertulliani ſententia.

Veniamus ad ea quæ habet Augu.li. 21. de ciuitate Dei, vbi ait: Nec iſti duo ergo(nempe hæretici & mali catholici)dicẽdi ſunt mãducare corpus Chriſti,quoniam nec in mẽbris cõputandi ſunt Chriſti. Vt enĩ alia taceã,nõ poſſunt ſimul eſſe & mẽbra Chriſti & membra meretricis. Deniq; ipſe dicens: Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum,in me manet,& ego in eo:oſtendit quid ſit non ſacamentotenus, ſed reuera corpus Chriſti manducare,& eius ſanguinem bibere. Hoc eſt enim in Chriſto manere, vt in illo maneat et Chriſt⁹.Sic enim hoc dixit tanq̃ diceret: Qui non in me manet, & in quo ego non maneo,non ſe dicat aut exiſtimet manducare corpus meum, aut bibere ſanguinem meum.Rurſum ad illa:Tunc erit vita vnicuique corpus & ſanguis Chriſti, ſi quod in ſacramento viſibiliter ſumitur, in ipſa veritate ſpiritaliter manducetur, ſpiritaliter bibatur. Et ad id quod tractatu 26. in Ioannem aït,Huius rei ſacramentũ, id eſt, vnitatis corporis & ſanguinis Chriſti, alicubi quotidie, alicubi certis interuallis dierum in dominica menſa præparatur, &

Cap.25. Ioan.6. Sermo.2. de verbis apoſtoli. Idem.

 de menſa

de menſa dominica ſumitur : quibuſdam ad vitam,quibuſdam ad exitiũ. Res verò ipſa,cuius ſacramentum eſt , omni homini ad vitam, nulli ad exitium , quicunque
Idem. eius particeps fuerit.Et paulo infrà : Qui non manet in Chriſto , & in quo non manet Chriſtus, proculdubio nec mãducat ſpiritaliter carnem eius,nec bibit eius ſanguinem,licet carnaliter & viſibiliter premat dentibus ſacramentum corporis &
Idem. ſanguinis Chriſti.Denique ad id quod 59. tractatu legitur:Illi manducabant panem dominũ,ille(ſcilicet Iudas traditor)panẽ domini contra dominũ:illi vitã,ille pœnã.

Ex his locis aũt argumentantur aduerſarij hoc modo:Impij reipſa nõ ſumũt corpus domini,ſed ſolùm ſacramẽtotenus : & tamen ſumũt euchariſtiã, ergo euchariſtia non corpus domini eſt , ſed ſignum eius.

Reſpondemus , Auguſtinum cùm videret Donatiſtas Eccleſiam catholicam non curare,conſiderâſſe præter hoc quòd in eucharistiæ ſacramento continetur corpus dñi,etiã per corpus Chriſti Eccleſiam deſignari: iuxta illud Apoſtoli , Vnus panis
1.Cor.10 & vnum corpus multi ſumus : Ac idcirco inculcâſſe populo ſuo, vt quod magis neceſſarium tunc erat,quęrerẽt, nempe vni-

tatem

taté eccleſiæ, citra cuius participationem nemini contingeret ſalus: eam autem vnitatem fidelium hoc ſacramento maximè deſignari. quarè qui ſacramentũ ſine illius vnitatis participatione acciperét ſignum quidem acciperét, ſed nõ rem: ſacramentum, non virtutem ſacramẽti, hoc eſt, non effectum virtutis eius. Hunc itaq; cibum, inquit, & potum, ſocietatem vult intelligi corporis & membrorum ſuorum, quod eſt ſancta eccleſia in prædeſtinatis & vocatis, & iuſtificatis & glorificatis ſanctis & fidelibus. Idem: Si quis, inquit, manducauerit ex ipſo, non moriatur: ſed qui pertinet ad virtutem ſacramenti, nõ qui pertinet ad viſibile ſacramentum. Et hoc explicans ampliùs: Qui, inquit, mãducat intus, non foris, qui manducat in corde non qui premit dente: (ſcilicet tantùm) Et iterum: Nôrunt, inquit, fideles corpus Chriſti, ſi corpus Chriſti non negligant eſſe. Fiant corpus Chriſti, ſi volunt viuere de ſpiritu Chriſti. Item infrà: Exponens nobis Apoſtolus Paulus hunc panem, Vnus panis, inquit, vnum corpus multi ſumus. O ſacramentum pietatis, ô ſignum vnitatis, ô vinculum charitatis. Qui vult viuere, habet vbi viuat, habet vnde viuat: ac-

Tract. 26. in Ioan.

1. Cor. 10

dat,credat,incorporetur vt viuificetur. Non abhorreat à compàge membrorum, quod reſecari mereatur: non ſit diſtortum,de quo erubeſcatur: ſit pulchrum, ſit aptum, ſit ſanum, hæreat corpori, viuat Deo de Deo, nunc laboret in terra,vt poſteà regnet in cœlo. Similiter de paruulis loquens: Niſi, ait, manducauerint carnem filij hominis, hoc eſt, participes facti fuerint corporis eius, non habebunt vitam. & infrà: Vitam æternam habere nō poſſunt præter Chriſti corpus: cui vt incorporentur, ſacramento baptiſmatis imbuuntur. Ad eundem ſenſum Beda, in decimum caput epiſtolæ ad Corinthios hæc ex Auguſtino verba citat: Nulli eſt aliquatenus ambigendum, tunc vnumquenque fidelium corporis ſanguiniſque dominici participem fieri,quando in baptiſmate membrum Chriſti efficitur: nec alienari ab illius calicis paniſque conſortio, etiam ſi antequàm panem illum comedat & calicem bibat, de hoc ſeculo in vnitate corporis Chriſti conſtitutus abſcedat. Sacramenti quippe illius participatione ac beneficio non priuatur, quando ipſe hoc quod illud ſacramentum ſignificat, inuenit. Ex præmiſsis itaque

I 3 de pec. me. & remiſ. c. 4.

Ex ſerm. ad infantes.

euadit manifeſtum, tribus modis ſecundùm Auguſtinum, ſacramentum hoc ſiue corpus & ſanguinem Chriſti ſumi ac participari: vno modo, participatione rei per ipſum ſacramentum ſeu Chriſti corpus ſanguinemq́ue deſignatæ, nempe vnitatis Eccleſiæ: quomodo paruulis competit & neceſſarinm eſt. Secundo modo, tantùm ſacramento illius vnitatis: quemadmodum Donatiſtæ accipiebant. Tertio modo, re & ſacramento. Itaque, dum dicit Auguſtinus aliquos ſacramentum viſibile edere: per viſibile ſacramentum intelligit ipſam panis conſecrati ſubſtantiam, quæ eſt Chriſti corpus ſpeciebus prioris panis coniunctum. Quando verò negat eos re comedere corpus Chriſti: rei nomine intelligit participationem Eccleſiaſticæ vnitatis: quæ eſt res quam tanquam finem ex hoc ſacramento quęrimus. Atque hæc ex citatis eius verbis plùs ſatis manifeſta ſunt. Vt autem meliùs intelligatur, quãdo in hac materia diſtinguit ſacramentum à re, de ea re loqui quæ per ſacramentũ efficitur ſiue homini confertur, non autem de reipſa ſimpliciter ſignata, nempe ſubſtãtia corporis Chriſti: aduertere oportet, eum nomen Sacramẽti

Iuxta Auguſt. tribus modis ſumitur ſacramẽtũ Euchariſtię.

Auguſti. no Sacramentum eſt id quod homine ſacrat ſeu ſanctificat.

non ſumere pro quolibet ſacro ſigno, ſed tantùm pro eo quod hominem ſacrat ſiue ſanctificat: ſicut monumentum vocatur quod monet, & firmamentum quod firmat, & argumentum quod arguit: & militare ſacramentum, iuramentum quo Deo ſe ſacrant vel obligant ad militandum. Vnde diſtinguit ſacramentum contra virtutem ſacramenti ſiue efficaciam, qua ſcilicet quod cōatur efficere, verè efficit. Accedit verbũ ad elementũ (inquit) & fit ſacramentũ etiá ipſum táquam viſibile verbũ. deinde ſubdit: Quæ eſt iſta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat? Vbi clarè indicat, nomine ſacramenti ſe intelligere aliquid ſanctificás. Quando igitur dicit aliquos ſacramento, non re, edere corpus Domini, idem eſt atque ſi dicat, aliquos habere ſignum quod efficit ſanctitatem quantum ex ſe eſt, aut quod ſanctitatem veluti conatur inducere: cæterùm, reipſa eam in eis non effici. Sic certè ſeſe apertè explicat: Induunt, inquiens, homines Chriſtum aliquando vſque ad vitæ ſanctificationem. Et tractu 27. in Ioanné: Carné Chriſti & ſanguinem Chriſti non edamus tantùm in ſacramento (quod & multi mali) ſed vſque

Tract. 80 in Ioan.

Quid Augu. ſacramento et nō re edere corpus etc.

L. 5. c. 24 de bapti. cōtra donat.

ad ſpiritus participationem . En,clarè ſacramentum diſtinguit non à Chriſti corpore,ſed à vitæ ſanctificatione & ſpiritus participatione. Hanc igitur rem,ſiue hunc effectum carnis & ſanguinis Chriſti,negat à malis ſumi,nõ autem ipſum Chriſti corpus. Huius loci ſimilẽ locutionem habes in euangelio , vbi Chriſtus cum à turbis comprimeretur,dicit: Quis me tetigit? & pro ratione ſuæ interrogationis addit: Tetigit me aliquis.nã ego noui virtutem ex me exiſſe:Quaſi diceret,Etſi vniuerſa turba me comprimat ac tangat,ipſa tamẽ me ſolo corporali tactu tangit,inde nullũ fructum percipiens: At ſcio aliquem me tetigiſſe vſque ad virtutis meæ participationem. Aliud autem eſt,Chriſtum ſimpliciter manducare , ſine relatione ad ſacramentum.de quo modo manducandi ſcriptum eſt,Qui edunt me,adhuc eſurient.

Luc. 8.

Eccl.24.

At locus ex tractatu 59. in Ioannem ſic habet:Scit dominus quos ad ſocietatem beatitudinis huius elegerit.Non eſt ex eis iſte,qui panem illius ſic edebat , vt ſuper eum leuaret calcaneum.Illi manducabant panem dominum , ille panem domini contra dominum:illi vitam, ille pœnam . Qui enim manducat indignè , ait Apoſto-

1.Cor. 11.

Apoſtolus, iudicium ſibi manducat. Hæc dicens Auguſtinus alludit ad ea Chriſti verba: Vos vocatis me, Magiſter & domine: & bene dicitis, ſum etenim. item ad hoc: Non eſt ſeruus maior domino ſuo etc. dicitque Iudam ſic ediſſe panem Domini, vt ſuper eum leuaret calcaneum (hoc eſt, conculcaret eum: non ſolùm non agnoſcendo eum dominum ſuum, verùmetiam ſibi eum faciendo ſuppedaneum) Apoſtolos verò comediſſe panem Chriſtum, & eundem dominum ſuum confeſſos, quem tanquam panem ederũt, humiliter ei ſubiecti. Non itaq; negat Auguſtinus Iudam ediſſe panem corpus Chriſti, ſed dicit eum ediſſe panem illum cõtra dominum, dum domino ſubeſſe noluit. Tota ſiquidem differentia inter Iudam & reliquos Apoſtolos, non ex diuerſitate rei porrectæ & comeſtæ, ſed ex ipſorum diuerſa animi erga rem ad edendũ exhibitam affectione oriebatur. docetq; Auguſtin⁹ ſanctos Apoſtolos corporaliter mãducâſſe vitam: Iudam autem pœnam: de corporali enim eſu manifeſtè agit, dum dicit Iudam manducâſſe panem domini. ergo & dum ait illos ediſſe panem dominũ. alioqui, incommoda eſſet differẽtia quam aſsignat. Itaq;, retorquendus

Ioan. 13.

Ibidem.

dus eſt hic locus in Caluinum, atq; dicendum quòd Apoſtoli corporali eſu & ore manducauerunt (iuxta Auguſtini ſententiam) panem qui erat dominus, ſeu panem dñm: quemadmodum Iudas corporali ore edebat quod ei dabat Chriſtus, quod nos dicimus corpus domini fuiſſe: Non quòd corpus Chriſti ſit dominus, ſed quia eoipſo quo corpus Chriſti editur, dominus ipſe corporaliter editur, & ſi vt dominus agnoſcatur, panis eſt, corpus & animã paſcẽs: Ioan. 6.
ſicut ait, Ego ſum panis viuus. Quoſcunquę in orbes ſe torqueat Caluinus, non poteſt expeditè concedere, nos ore corporis Chriſtum edere. Omnes igitur Caluiniſtæ, iuxta propriam ſententiam nunquam ore comedunt panem dominum, ſed cum Iuda, tantùm panem domini. Siquidem, iuxta eos corpus Chriſti os eorum non tangit, ſed tantùm creaturam panis, quæ dominus non eſt. At catholici, dum ore ſumũt domini corpus, etiam dominum ore ſe ſumere ſciunt: & qui dignè illud ſumunt, eum agnoſcũt ſimul panem eſſe atque dominum ſuum: ſicut omnes Apoſtoli excepto Iuda fecerunt.

Solutio argumentorum deſumptorum ex pane, ex quo hoc ſacramentum conficitur.

Reſpon-

REſpondeámus nunc ad ea argumenta, quibus probare nituntur in euchariſtia manere ſubſtantiam panis & vini: vnde conſequenter inferunt, non eſſe in euchariſtia, ſiue ſub ſpeciebus panis & vini, corpus & ſanguinem Ieſu Chriſti, ſeu non mutari ſubſtantiam panis in corpus Chriſti. Quæ connexio indubiè valida eſt: ſed nos ex oppoſito conſequentis, inferimus oppoſitum antecedẽtis, hoc pacto: Corp⁹ Chriſti eſt in euchariſtia, ergo non eſt ibi ſubſtantia panis: aut ſic potiùs: Hoc quod Chriſtus manibus ſuis Apoſtolis dedit edendum corporaliter, erat corpus eius: ergo non erat panis. Conſequẽtia hæc valet per locum dialecticum, qui vocatur, A diſparatis. Quemadmodum rectè etiam colligas: Ioánes eſt homo, ergo non eſt equus nec aliud brutum. Nam diſparata eſſe panem & corpus Chriſti, manifeſtum eſt, cùm panis à piſtore pinſatur per incenſam fornacem: Chriſti autem corpus per artem humanam confici nequeat, ſed ſemel per Spiritum ſanctum in vtero virginis creatum, non niſi eiuſdem Spiritus peculiari operatione aſſumit panis accidentia, non permanente eius ſubſtantia,

Lucæ 1.

ſed

ſed in ipſum corpus trãſeunte. Ampliùs, Si ſubſtantia panis maneat, certè vel ad eãdem hypoſtaſim pertinet ad quã corpus Chriſti, videlicet ad hypoſtaſim filij Dei, aut priſtinã ſuã ſubſiſtẽtiã reſeruat. Hoc ſi cõcedas, duæ iá erũt hypoſtaſes, panis ſcilicet & filij dei: ac proinde falſum erit, Chriſti corpus comedi dum ille panis manducatur: (contra dictum Chriſti, Manducate, hoc eſt enim corpus meum) ſicuti ſi duæ eſſent hypoſtaſes filius Mariæ & filius Dei, nòn verè diceres, filium Dei crucifixum & genitum à virgine ideo quòd Mariæ filius crucifixus fuit, & ex Maria genitus: quemadmodum latiſsimè oſtendunt Patres contra Neſtorium ſcribentes, & nos ſuprà breuiter attigimus. Si verò alterum des, panem nempe ſuſcipi ab hypoſtaſi filij Dei, ſicuti natura hominis in perſona filij Dei ſubſiſtit, vere licebit dicere Chriſtum impanatum, vti & incarnatum. At caueamus hoc præcipitiũ: tum quia indignum penitus eſt, vt Chriſtus irrationalem ſubſtantiam in ſuam hypoſtaſim iam aſſumat, quam etiã ſit ſtatim exuturus ac depoſiturus: tum quòd inde conſequens fiat, ſubſtantiam panis adoratione dignandam. Denique, hac etiam admiſſa

Matt. 26.

Pag. 7.

poſitione,non manet idem panis qui priùs erat, vtpote cuiùs propria hypoſtaſis iam corrumpitur. ac ita, quiddam magis mirabile in hac impanatione videas, quàm in Chriſti incarnatione cõtigit: vbi nõ priùs extitit aliquis homo, cui⁹ perſonalitas (vt ſic dicam) ſit corrupta quò ei alia æterna tribueretur, ſed ipſa creatione cõſtituta eſt immediatè in æterna perſona humana natura. Quod autem ad accidẽtia ſpectat: inconueniens non eſt, ſi filius Dei ſibi coniungat quæ poſteà dimittat, vti in hac vita fecit, defectus aſſumens & vitæ congruas oblectationes, in edendo & bibendo, quas nunc reliquit. Corpus autem Chriſti eſſe in Euchariſtia, ſatis ſuprà & ex concilijs (Conſtantienſi, Lateranenſi, celebratiſq; contra Berẽgarium) & ex Ambroſio, Auguſtino, & alijs doctoribus oſtenſum eſt, ex eo quòd panis non manet, ſed vertitur in Chriſti corpus: ita vt ad hoc non ſit operæpretium verba eorum hîc repetere.

Cæterùm ad argumẽta veniamus, quibus probare conãtur panem remanere in euchariſtia. Ea autem partim ex Phyſica ſumuntur, partim ex ſcripturis, partim ex ratione ſacramenti, denique ex Patrum dictis: quorum quidem nonnulla deprauant,

uant,alia mutilāt,alia autem in ſuum ſenſum etiam repugnantia trahūt. Phyſicam autem rationem maiore colore proponemus quàm ab eis proponitur: quia reuera Phyſicis rationibus nituntur homines, refugiētes credere niſi quod intelligāt. Scripturas ac dicta patrum pro fuco adhibent: ideoq́ue dū ratio Phyſica diluitur, ad aliorum argumentorum diſſolutioné via expeditiſsima ſternitur. Argumentantur ergo ſic: In euchariſtia manet eadem operatio, quæ ante conſecrationem erat in pane & vino, eadem quoque effigies & figura: olet enim, ſapit, nutrit vt anteà, eodem eſt pondere ac forma: igitur manet in ea panis viniq́; ſubſtantia. quorum enim eſt vna operatio, horum eſt & vna natura: vt docet 6. ſynod⁹ ex ſentētia Baſilij, Ambroſij & Cyrilli. Reſpōdemus: vbicumq; inuenitur operatio alicui naturæ propria, neceſſe eſt ibi inueniri eādem naturam. Et in diuina quidem natura, quæ eſt immutabilis, hoc omnibus modis verū eſt: vtpote cuius propriæ operationes tā ſunt incommunicabiles creaturis, quàm eſt ipſa natura. Vnde rectè colligunt Baſilius, Cyrillus, & Ambroſius, ex eo quòd Chriſtus quos vult viuificat, Chriſtū habere diuinā naturam.

1. argument.

Reſponſ.

turam. In creaturis autem, verum eſt quòd naturales proprietates vel operatio propria ſpeciei, vi naturæ nõ poſsit alijs conuenire: cæterũ, diuina virtute poterit mirabiliter etiam id quod iuxta vim naturæ proprium eſt alicui ſpeciei, alteri communicari. Quid enim magis proprium eſt cuilibet creatæ naturæ, quàm vt vbicunq; eſt vna natura, ibi ſit & vna illius naturæ hypoſtaſis? & contrà, vbicunque eſt vna hypoſtaſis, ſit etiam vnica natura? At tanta eſt vis diuinitatis, vt ſicut ipſa in tribus hypoſtaſib⁹ naturaliter & neceſſariò ſubſiſtit: ita omnipotentia Dei factum ſit, vt in myſterio dominicæ incarnationis (quod ſacramenti euchariſtiæ exemplar eſt: ſicut ſacramẽtũ euchariſtię illud imitatur) perſona vna in duabus ſubſiſtat naturis. imò propria alicui ſpeciei (ſi potentiam corporalem ſpectes) operatio poteſt alteri conuenire per ſuperiorem poteſtatem angelicam. Quid enim magis proprium homini, quàm, ad rem propoſitam aptè loqui, & cum eo qui de aliqua re diſſerit, cõgruè ſermonem conſerere: ſi corporalis naturæ virtutẽ ſpectes? item, quid homini magis proprium, quàm habere eam ſtaturã, vultum & effigiem, per quã homines à bruto omnes

Quod propriũ eſt alicui ſpeciei, poteſt alteri communicari virtute diuina.

Suprà pag. 61.

Quod alicui ſpeciei, proprium eſt ſpectata corporali poteſtate, poteſt etiã per angelicã

omnes ſolo viſu diſcernunt? & tamen veraciſsima ſcriptura docet, & ſerpentem virtute angeli mali, & aſinã angeli ſancti poteſtate locutã. Docet & angelicos ſpiritus corporũ humanorũ effigiem geſtaſſe. Quando igitur ſancti Doctores argumentantur cõtta Euthycen & Manichæum, vt probent Chriſtũ verè hominẽ fuiſſe quia orauit, & ſuper imminẽte ſibi paſsione triſtat⁹ eſt: iuxta naturæ cõſequẽtiã argumẽtantur. quæ ratiocinatio valida eſt, niſi doceatur, vim naturæ virtute omnipotentis ſuperari. quod Euthyces et eius ſimiles nõ potuerunt, quũ vniuerſa ſcriptura clamet, Chriſtũ fuiſſe verè hominẽ. Nõ enim ſancti patres tã ex cõſequẽtijs Phyſicis fidem docuerũt, quàm ex ſcripturis & Apoſtolicis traditionibus: quanquã naturales connexiones non reſpuerint, vbi fidei nõ aduerſabantur, ſed ſuffragabantur. Quòd ſi aliqua ſit operatio pluribus ſpeciebus communis, nunquam poteris, nec iuxta Phyſicam, ex operatione eiuſmodi certæ ſpeciei naturam colligere. Exempli cauſa: Appollinarẽ docentẽ Chriſtũ nõ habuiſſe rationalem animam, nunquam conuincas ex eo quòd legitur fuiſſe in itinere laſſus, dormiuiſſe, eſuriſſe, ſitiſſe, ediſſe, bibiſſe: eo

poteſtatẽ alij communicari Geneſ. 3. Num. 22. Geneſ. 18 In libro Tobiæ.

Ex operatione pluribus ſpeciebus cõmuni. certæ ſpeciei natura nõ colligitur.

Q quòd

quòd hæc non ſoli homini, ſed & brutis competant. In primis ergo videndum, an aliqua panis & vini operatio à nobis deprehẽdatur, quæ alijs generibus rerum, iuxta naturam ſaltem, cõpetere nequeat. Et ſi quidẽ ab aliquo Phyſico talis operatio deprehendi poſsit, eaq́; etiã in euchariſtia inueniatur: remanet nihilominus nobis noſtra exceptio firma, qua per diuinam potentiã eã operationẽ panis & vini alijs reb⁹ cõmunicari poſſe, & iã reuera corpori & ſanguini dñi cõmunicari (ſi Phyſicus ille verũ doceat) certiſsimi ſum⁹. Certè nutritio nõ eſt talis operatio: cùm & radicibus & ceruiſiæ, piſcibus & carnibus cõueniat: imò & humana caro feros homines nutriat. Sed neq; certus aliquis odor vel ſapor hîc deprehẽdi poteſt, qui non & alijs rebus cõpetat: cũ odor atq; ſapor, modico addito vel ſubtracto, aut per temporis durationẽ, innumerabiliter variẽtur reſtãte panis viniq́; ſubſtantia: vt ſatis docet experientia, & piſtoribus, cauponibus, cocis atq; pharmacopœis notiſsimũ eſt: qui nimirum ſapores & odores miris modis, rei ſubſtantia permanente, nôrunt variare, ſicut Geometer figuras aut Arithmeticus numeros. imò, fraudulenti caupones non-

nunquam

nunquam in barbaro potu, quem ex pomorũ ſucco, aceto, & ſimilibus cõficiunt, ita didicerunt imitari odorẽ atq; ſaporem vini, vt diſcernere nullaten⁹ poſsis: eouſq; ſaltem, vt ne vilis quidem vini ſubſtãtiam in eo potu eſſe certò ſcias. Quarè, nõdũ inuenta eſt certa panis atq; vini proprietas, quam certò conſtet alijs rerum generibus competere nõ poſſe. ac ita, nõ eſt quòd ex accidentibus quæ in pane & vino deprehendimus, & in euchariſtia remanere experimur, colligam⁹ velut infallibili cõſequẽntia, & tali quæ etiam idonea ſit ad fidei doctrinam, vel nouam erigendã, aut veterem ſubuertendam: panis & vini ſubſtantiam in euchariſtia remanere. Et ſi demus aliquam proprietatem inueniri, quæ certiſsimò iuxta naturæ conſequentiam ſoli pani aut vino competat, eamq́ue deprehendamus in euchariſtia: adhuc (vt iam ſuprà diximus) in principali myſterio, nempe dominicæ incarnationis, habemus euaſionem certiſsimam ac optimam, vt non cogamur concedere hanc ſequelam: In euchariſtia eſt operatio quæ iuxta naturalem rerum curſum in ſolo pane inuenitur, igitur ibi eſt panis. Vt enim omittamus quod de hypoſtaſi atque natu-

Nõ ſequì panẽ eſſe in euchariſtia, dato quòd in ea ſit aliquod accidens, quod in ſolo pane inuenitur per naturæ curſum.

ra antè diximus: nõne ſi quis ad hũc modũ argumentaretur, Nullã rationalẽ naturam Deus iuxta naturalem legem affligit vel occidit, niſi propter præcedens eius peccatum: adeò vt pœna ſit perpetuò effectus culpæ ipſius qui pœnã ſuſtinet: igitur cùm Chriſtus ſit percuſſus & occiſus, etiã peccati particeps fuit: manifeſtè huiuſmodi argutia in ipſum fidei caput impingeret? ſic certè impingũt in fidem quã de euchariſtia habet Chriſti eccleſia, qui ex eo quòd accidẽtia panis ſoli pani competunt iuxta naturæ curſum, putant eſſe cõſequens, vnà cum illis accidentibus in euchariſtia remanere ſubſtantiam panis. Non enim minùs connexa eſt pœna culpæ, quàm operatio aliqua ipſi naturæ. Verùm, magis populari exemplo hoc ipſum oſtẽdamus, inualidam nimirum eſſe conſequentiam, quam ex operationibus panis ad ſtatuẽdum præſentiam ſubſtãtiæ panis obtrudũt. Teſta-
Sap.16. tur Sapiens manna habuiſſe omnis ſaporis ſuauitatẽ, ac deſeruiuiſſe vniuſcuiuſq; voluntati, & cõuerſum fuiſſe ad quod quiſq; volebat. Ideóne ergo dicemus, manna habuiſſe in ſe ſubſtantiã omniũ quæ ſuauiter ſapiunt, atq; pro cuiuſq; volũtate aliã atq;
Exod.16. aliã accepiſſe ſubſtantiã? Teſtatur Moſes

ſapo-

ſaporem Mannæ fuiſſe quaſi panis oleati & ſimilæ cum melle: ergóne conſequens eſt inde, manna fuiſſe panem oleatum, aut habuiſſe in ſe ſubſtantiam panis, olei, & mellis? Dicit apertè ipſe Moſes nullo modo eſſe cõſequẽs: docens ideo datum manna, vt ſciremus quòd nõ per ſolum panem homo hanc mortalem vitam tranſigat, ſed per omne id quod Deus ad eam peragendam ordinat: clarè hinc oſtendens, manna non fuiſſe propriè dictum panem. Nihilominus, ſi nomen panis generaliter accipiatur, vt videlicet omne id panis dicatur, quod vt ſiccum cibi fundamẽtum hominem alit: etiá Man erat panis: ſicuti ait Dominus: Ego pluam vobis panes de cœlo. In qua ſignificatione vocis Panis, dicimus gentes quaſdam panẽ ex piſcibus ſiccatis aut coctis radicibus habere, & ſanctum Hilarionem ex carycis habuiſſe: qui tamen (teſte Hieronymo) pane abſtinebat. Hoc autem bene hîc notetur, cauſa eorum quæ poſteà dicentur. Simili enim ratione, qua piſcis ſiccatus vel manna nuncupantur panis, etiá ipſa Chriſti caro ſpeciebus panis iam commutati cõiuncta, rectiſsimè panis dicitur: nempe ideo quòd etiam corporaliter nos nutriat, perinde ac

Deut. 8.

Quid panis generaliter?

Exod. 16.

In deſcri. vitæ eius

Caro Chriſti quo ſenſu panis dicitur.

Caro Chriſti cur cibus corporalis? quiuis prophanus panis. Caro enim Chriſti in euchariſtia cibus eſt corporalis:quum eam corporaliter comedamus & tãgamus, videamus & olfaciamus:denique,quòd ea Cur frãgi nutriamur. Vnde dicitur etiam frangi: quia verè frãgitur ſecundùm ſpecies, quas ita ſine ſui mutatione fulcit, atque priùs ipſe panis. Et in hac generali natura ſubſtantiáve panis & vini (qua panis quidem eſt, quicquid vt ſiccum nutrimentum & Quid vinum generaliter. reliqui cibi fundamentum nutrit: vinum verò, quod vt humidum & lætificatiuum ſecundùm vini qualitates nutrit) veriſsimum eſt,nõ deſinere panem & vinum eſſe in ſacramento corporis & ſanguinis Chriſti, generalemq; hãc naturam cibi potúſq; non mutari in ſacramentis illis, nihilo ampliùs quàm ipſam eorum formam ac figuram mutari cernimus.Quomodo rectè dicimus,in pharmacis & ſorbitiunculis Medicorum nõ mutari naturam vini ſubſtantiámve:nõ quòd alia iam nõ ſit ſpecies potus, ſed quia genere quodã eadem eſt ſubſtantia. In Adam dicitur manere ſubſtãtia terræ ,quia in eo terræ pondus & ſiccitas manet,genúſq; terrę,nempe corpus graue 1.cor. 15. (vnde & terrenꝰ appellatus eſt & de terra) & in Eua manere os & caro illius:ait enim

ipſe

ipſe de ea, Hoc nunc os ex oſsibus meis,& caro de carne mea: & in filijs caro & oſſa parentū, vt idcirco cognati ſibi mutuò dicant, Os meum & caro mea es: quia in filio natura patris nō ſolùm ſpecie eadē eſt, ſed & quædam accidētia habet patris accidentibus ſimilia. Nec in Chriſto mutata eſt natura ſanguinis materni: trāſmutatus tamen eſt ſanguis virginis in carnem & ſanguinem Chriſti, nec idē numero permāſit, ſed generatio carnis Chriſti fuit ex cōuerſione ſanguinis Mariæ. Simili ratione dicimus, in butyro manere naturā graminū quibus paſta eſt vacca. Butyrum enim nō eſt aliud quàm pinguis materia herbarū, vario modo trāſmutata. vnde & guſtu decernimus qualibus ex herbis paſta fuerit vacca. Propterea à patribus diligēter eſt traditum, & corpora noſtra veſci Chriſti carne, & id ore ſumi quod corde creditur, & manibus atq; lingua dentibúſque tangi corpus Chriſti, & eſſe cibū viuificum corporis & animæ noſtræ, quodque ibi oculis noſtris apparet panis, eſſe corpus Chriſti: Inſuper, panem eum quem piſtor pinſit in fornace, ſiue vſitatum panem, nō remanere poſt conſecrationem, ſed tantùm carnem Chriſti. Ac quo hominibus meliùs

Geneſ. 2.

Geneſ. 29

Vide ſuprà pag. 59. & 42.

eluceret quomodo ſit ibi ſubſtantia carnis Chriſti, dixerunt panem tranſſubſtantiari, hoc eſt, verti non ſecundùm aliquam ſui qualitatem, habitudinémve rationalem ad verum Chriſti corpus (quo modo Neſtorius Chriſtum Mariæ filium voluit in baptiſmo fuiſſe conuerſum in filium Dei naturalem) ſed ſecundùm ſubſtãtiam, ita vt ſubſtantia panis vertatur in ſubſtantiam carnis Chriſti. quæ inſuper, cùm per cõiunctas ſibi panis ſpecies idem operetur quod panis, in genere cibi corporalis nũc eſt, vt & priùs erat piſtus panis: ideoq; nomine generaliter accepto, rectè panis appellatur.

Caro Chriſti quomodo panis appelletur.

Iam præmiſſa Phyſicæ rationis diſſolutione, progrediamur ad ea quæ ex ſcripturis contra tranſſubſtantiationem obijciuntur. Caluinus ait voculam, Eſt, nos pro, Tranſſubſtantiari, dicere poſitam. Sed hoc nondum probauit: quinimò, dicimus ibi adeò propriè ſumi atque cùm dicebatur: Hic eſt filius meus dilectus: quãquam per illam enunciationẽ dicamus fieri trãſſubſtantiationem, nõ tam vi ſignificãtium verborum quàm Chriſti voluntate & inſtitutione: queadmodum per baptiſmum deſignatur animæ lotio, quæ etiã per eum fit,

Matth. 3.

fit nõ tá virtute ſigni ſeu quòd lotionem animæ ſignificet (quum multa ſint ſigna eiuſdem rei, nihil efficientia) quàm Chriſti inſtituto.

Secundò adijcit Caluinus, Sophiſtas tradere illam tranſſubſtantiationem fieri non conuerſione ſubſtantiæ vnius in alteram, ſed quia in locũ panis quẽ ipſi (verbis eius vtor) euaneſcere ſomniát, Chriſti corpus ſubeat. Viderit ipſe quos ſophiſtas notet. Nos catholici dicimus, panẽ verti in Chriſti corpus minimèq; euaneſcere, quũ loco ſui relinquat Chriſti corpus ſub ſpeciebus ſuis. Illud nempe euaneſcit, quod abiens nihil ſui relinquit inq; nihilũ redigitur. Quod nõ veriùs dixeris de pane illo qui in Chriſti corpus vertitur, quam de eo quo Chriſtus vel adhuc mortalis, vel cùm iã à mortuis ſurrexiſſet veſcebatur: quãdo & conuerſus eſt in corpus eius, nec tamen vllus defectus corporis eius eſt per eũ inſtauratus. De quo Beda: Manducauit poteſtate, inquit, non neceſsitate. Aliter enim abſorbet aquã terra ſitiens, aliter ſolis radius candens: illa indigentia, iſte potentia. Gregorius Niſſenus immutationem panis in corpus Chriſti cõparat cõuerſioni nutrimenti in idẽ corpus, factæ dũ eo mortalis adhuc

Luc. 24.

In vltimum c. Lucæ.

Su pa 35.

adhuc alebatut Chriſt⁹.[Id quod in manus
Inſtit.fo. 181. (inquit Caluinus) ſumptũ ac fractũ Apo-
ſtolis prębet,corpus eſſe ſuũ dñs aſſeuerat.
Sũpſerat autē ac fregerat panē. Quis ergo
nõ intelligat panē etiamnũ demõſtrari?]
Hoc idē argumentũ aliquãto cãdidius reci
tat Artopœus,nõ tacēs verbũ , Benedixit.
[Ex euãgeliſtę verbis,inquit,oſtēdo reue-
ra in euchariſtia adeſſe panē.Accepit Ieſus
Matt.26. panē,inquit,benedixit,fregit , & dedit di-
ſcipulis ſuis etc.Vides quatuor illa verba
Accepit,Benedixit,Fregit,Dedit , non re-
gere niſi vnũ accuſatiuũ,ſcilicet Panē . igi-
tur ſicut verus eſt panis dũ accipitur , non
minùs verus erit dum frangitur & datur:
Dedit ergo panē Chriſtus,nõ ſolũ accidē-
tia.Alioquin dixiſſet euãgeliſta Chriſtum
fregiſſe corpus & dediſſe corpus.atqui om
nia,vt audiſti,refert ad panē . Accepit pa-
nē,benedixit panē,fregit panem,dedit pa-
nem.] Acceptamus quod dicit Arto-
pæus,verbũ Benedixit regere accuſatiuũ,
Panem.Siquidem ex Marci euangelio ſu-
Pag.30.& 33. prà oſtendimus Chriſtum benedixiſſe pa-
ni . & fatemur Chriſtum propriè dictum
panē in manus accepiſſe. Verùm , inaníſne
fuit hæc eius benedictio?minimè, ſed in ea
creditur panem mutaſſe.Proinde,fregit ac
dedit non

dedit nõ panẽ, ſed id in quod iam panem verterat, videlicet proprium corpus: ſicut dicit: Accipite etc. hoc eſt corpus meũ. Eſt enim ſenſus verborum euangelij: Accepit, benedixit, dicens: Hoc eſt corpus meũ, & fregit & dedit eis (vt ſit ordo ĩuerſus) vel, Benedixit & fregit & dedit, interim dum benediceret, frangeret, & daret, dicẽs: Hoc eſt corpus meum. Lucas dicit quòd Ieſus acceptis quinque panib⁹ & duob⁹ piſcibus ſuſpexit in cœlum, & benedixit illis, & fregit, & diſtribuit diſcipulis ſuis vt ponerent ante turbas. Ecce, Artopœe, verbum Benedixit regit datiuum: Illis: ergo & tria verba ſequentia, fregit, diſtribuit, ponerent, regunt accuſatiuos, Quinque panes, &, Duos piſces. Et, ſicut Matthæus habet, Diſcipuli dederunt turbis, & comederunt omnes, & ſaturati ſunt. Interrogo an omnes ex duobus piſciculis & quinqùe panibus comederint. annues. Interrogo an duo panes potuerint tot milibus hominũ diſtribui. reſpondebis panes fuiſſe multiplicatos. Ita ergo & hîc reſponde, Chriſtum quidem ſumpſiſſe communem ac conſuetũm panẽ, ſed eum benedictione mutaſſe: ideoque id in quod mutatus fuit, hoc eſt, corpus ſuum, fregiſſe atque dediſſe. Dicimus igi-

Ordo verborũ domini in cœna.

Luc 9.

vide Thomã in 3. parte quæſtion. 78. ar. 1. ad 1.

mus igitur Chriſtum non panem,non accidentia dediſſe,verùm corpus ſuum accidentibus velatum: & demonſtrâſſe non panem,ſed id in quod panis erat mutatus. Quemadmodum ſi ſimiliter de Aaron di-
Exod.7. camus:Accepit virgã, proiecit in terram, & dixit:Hoc eſt ſerpens.Duæ voces,Accepit,Proiecit,eundem vnum habent accuſatiuum,Virgam,& tamen non virga, ſed viuum animal demonſtratur.

[Prætereo,inquit Caluinus,tot ſcripturæ locos, vbi panis & vinum poſtquàm facta ſunt corporis & ſanguinis ſymbola, nihilominus nomen ſuum retinent etc.]
1.Cor.10. vbi citat iſtos locos: Panis quem frangi-
1.cor.11. mus etc. Quotieſcunque manducabitis
Act.4. panem hunc etc. &, Communicabant in fractione panis. Sed oſtendamus ex ſcripturis, euchariſtiam nuſquam ſimpliciter vocari panem & vinum,ſed ſemper appoſita additione tali, quæ indicet iſtum panem & vinum alterius generis eſſe iam poſt conſecrationem, quàm ante cõſecra-
1.cor.10. tionem erant. Panis, inquit Apoſtolus, quem frangimus etc.cùm ait: Quem frangimus(videlicet in myſteriorum celebratione)ſignificat ſe loqui de peculiari pane. quod magis liquet ex præcedentibus verbis:

bis: Calix benedictionis cui benedicimus, nónne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? vbi nõ de quolibet calice vel vino, ſed per benedictioné conſecrato ſe loqui manifeſtè indicat. Et iterũ: De pane illo edat, &c: Quotieſcunque manducabitis panem hunc. item: Quicunque manducauerit panem vel biberit calicem domini indignè. Vbique adiectę particulæ: Illo, Hunc, Hoc, Domini, ſatis inſinuãt nõ de communi, ſed ſingulari quopiam pane eſſe ſermonem.

Fatemur itaq; corpus domini non ſolùm dici, ſed eſſe quoque panem, non autem piſtum: panem quidé, quia qualitates conditionéſq; prioris panis, ex quo conſecratum eſt, retinet: non autem piſtum, quia is eſt iam in corpus domini mutatus. Sicut enim Eua (vt antè diximus) dicitur os & caro Adæ, Iacob caro & os Laban, & primus parens terra (quia videlicet ex terra ſumptum eſt corpus eius, Euaq́; ex oſſe & carne Adæ viri ſui facta, Iacob quoque ex Batuel patre Laban tanquam auo natus eſt: ac ita ſinguli proprietatem qualitatéve aliquam eius ex quo ſumpti ſunt retinuerunt, vnus terræ, ſecũdus Adæ, tertius Batuelis) ita quoque corpus Chriſti, eo quòd ex pane conſecratum eſt, paniſque qualitates reti-

Qua ratione corpus domini in ſcripturis vocetur panis.

Geneſ. 2.
Gene. 24.
Gene. 3.

tes retinet, ita vt ijs mediantibus fiat nobis corporalis cibus:meritò panis vocatur. ſicut & ſerpens in quem verſa eſt virga
Exod.7. Aaron, dicitur virga. Deuorauit, inquit, virga Aaron virgas Magorum. Quod tamen eludere conatus eſt Caluinus, idque duplici ratione: primùm, quòd ſtatim ſerpens eiuſmodi erat in priſtinam virgæ formam rediturus. At quid hoc ad rem? enimuerò ſi ob ſequentem reditũ formę virgę vocetur ſerpẽs ille virga, quãto magis corpus domini ob ſpecies panis & alias qualitates, quæ abſentes redire non debent, ſed poſt conſecrationem ſuperſtites ſunt, præſertim aũt, quũ idem faciat quod panis, rectè panis appellatur? [Secũdò, ait Caluin⁹, ideo coluber vocatus eſt nomine virgæ à ſcriptura, vt elegãti alluſione liceret dicere, virgas Magorũ à virga Moſis voratas potiùs q̃ à colubro. Colubros autẽ magorũ dicere noluit propheta, ne videretur verã indicare conuerſionem, quum præſtigiatores illi nihil aliud quàm tenebras ſpectantium oculis falſis artibus offudiſſent.] Mentitur Caluinus impudentiſsimè, quãdoquidem luculenter ſcri-
Exod.7. ptum eſt: Proiecerunt ſinguli virgas ſuas, quæ verſæ ſunt in dracones. Sed eadem temeritate,

meritate,ſeu potiùs arrogãtia, Moſis verba peruertit,qua dominica ad libitũ ſuum interpretatur. Sanè ſi præſtigijs oculos aſtantium tantummodò faſcinârunt illi, dum in terram virgas proiecerunt: quidni & de ſecũdo ſigno,& de tertio ſic factum ab eis putabitur, quando (referente ſcriptura) verterunt aquam in ſanguinem,ranaſque eduxerunt ſuper faciem Ægypti? Fortaſsis & fulmen, quod ſuper oues Iob cecidiſſe, & vẽtum,quo euerſam domum primogeniti eius diabolo operante ſcriptura teſtatur: imaginaria & non vera fuiſſe dicet. ac ita, quid non licebit in ſcriptura deprauare? At Auguſtinus lib. 3. de Trinitate ſcripturam hîc ſequitur.Ex diſputatione autem & interrogatione Auguſtini(quæſtione 21.ſuper Exodum) relicta ipſa ſolutione quam ſubnectit Auguſtinus,ſumpſit Caluinus ſuam reſponſionem: vt pro more habet patrum ſcripta ſiniſtré citare. Cap.7. & ſequen.

Artopæi non minùs bella eſt reſponſio ad cauillum,vt vocat,de virga Aaron.

[Reſpondeo,inquit, virgã Aaron conuerſam fuiſſe in colubrũ. Scriptura diſertis verbis teſtatur, quæ & poſt conuerſionem colubri ſpeciem retulit, non virgæ.

Probent

Probent ergo nobis è ſcripturis, panem conuerſum quo ad ſubſtantiam in corpus Chriſti, & dabimus eis panem appellari, non qui nunc ſit, ſed qui antè fuerit.]

Agnoſcis, lector, eum reſpondere non vt aliquid auditu dignum afferat, ſed ne tacere videatur. Ex ſermone ſcripturæ de colubro, in quem virga Aarõ verſa fuit, pro-
Exod. 7. bamus in ſcriptura eam rem, in quam aliqua alia res conuertitur, rectè nomen recipere prioris rei: ideoque nõ ſequi, manere panem in Euchariſtia, quia ea panis vocatur. At Artopęus petit ex ſcripturis probari, panem verti in corpus Chriſti: atq; ita noſtrum, nõ cauillum (vt ei placet) ſed argumentum ſe credit eludere. Dum autẽ addit, quòd virga poſt conuerſionem retulit colubri ſpeciem, ocularem probationem quærit conuerſionis panis in corpus Chriſti. Tunc ſcilicet, cũ eam nactus fuerit, credet: ſicut dixerunt perfidi illi & blaſphe
Marci 15. mi: Deſcendat nunc de cruce, vt videamus & credamus.

Pergit Caluinus: [Iam, inquiens, qua
1. co. 10. ratione colligeret Paulus, nos omnes panem vnum ac corpus vnum eſſe, qui panem vnum ſimul participamus, ſi ſpectrũ panis duntaxat, ac non potiùs naturalis

veritas

veritas maneret?] Nos verò contrario modo colligemus: Qua ratione colligeret Paulus nos vnum eſſe corpus, ſi ſignum duntaxat corporis & non potiùs ipſum naturale corpus ſumamus? Vbi, quæſo, propriè accipit Caluinus panem in verbis apoſtoli? ibíne: Vnus panis multi ſumus? 1.Cor.10. ſed abſurdo abſurdius eſt, dicere nos omnes vnum eſſe panem propriè dictum. An verò ibi: Omnes de vno pane participamus etc? Verùm ſi in Euchariſtia manet veritas naturalis panis, falſum iam erit, omnes de vno pane participare, aut, Paulum cum Corinthijs, à quibus aberat dum hæc ſcribebat, vnum panem comedere. Piſtus ſiquidem in Achaia panis alius erat, alius qui in Aſia, alius qui in Macedonia. rurſum, alius panis eſt qui in vna parochia, alius qui in altera ſumitur, ſi tamen manet naturalis veritas panis. Sed neque in vna parochia olim eodem pane ſemper refocillabantur omnes: quum opus interdum fuerit iterare ſacrificium noua plebe adueniente: vt ſcribit Leo Papa. At Catholici omnes vnum panem participant: quia omnes vnum idemq́ue Chriſti corpus accipiunt. Ad hæc, quomodo efficiuntur vnus panis qui de vno pane pro- Epiſt. 81. ad Dioſcorum.

phano participant, quum eiuſmodi panis conſumatur ab edentibus, vt inde vnus panis dici non poſsint? ſicuti ſtultum eſt, dicere eos qui eundem panem vel prandentes, vel cœnantes pariter edunt, vnum effici panem. At participantes de vno corpore Domini quod conſumi nequit, ita vniuntur vt vnus panis hinc efficiantur, non quidem naturalis, ſed (vt exprimit Apoſtolus) vnus panis qui eſt ipſum Chriſti corpus. Ideo namque adiectum eſt: Vnus panis & vnum corpus etc. vt oſtenderet ſe non de naturali pane loqui, ſed eo qui eſt Chriſti corpus. Atque hic eſt genuinus Apoſtoli intellectus: ſicut patet ex ſuprà adductis clariſsimis Cyrilli verbis.

Pap. 43. In 17. ca. Ioannis.

Præter eas ſcripturas quas iam tractauimus, reſtat adhuc vna, quam velut multùm ad ſuam ſententiam valentem exagitant quidam aduerſariorum. Eſt autem ea quæ Matthæi 26. ponitur cum verbis conſecrationis ſanguinis. Hic eſt, inquit, ſanguis meus noui teſtamẽti, qui pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum. Dico autem vobis, non bibam amodo de hoc genimine vitis etc. Inde ſic argumentantur (vt tamen noſtris verbis ac

Argumẽtum.

maiore

maiore colore argumentum eorum proponamus) Dominus cum daret ſacramentum ſanguinis ſui ſiue calicem, expreſsiſsimè vocat genimẽ vitis id quod dabat, ſiue fructum vitis. Clarũ eſt autem nihil aliud eſſe fructum vitis quàm vinũ: igitur merũ vinum erat, quod ſanguinem ſuum appellabat. Quòd verò iſtud de eo quod ſanguinem ſuum vocauerat dixerit, ſatis ex eo liquet, quòd aliud nihil præcedat quod demõſtretur, aut ad quod referri poſsit pronomen, hoc, vbi ait: De hoc genimine vitis, niſi id quod ſanguinem dixit. Quanquam verò in Luca conſecrationem panis, illud: Non bibam de generatione vitis, præcedat, tamen ſecundùm Auguſtinum in lib. de conſenſu euangeliſtarum, et Euthymium in Matthæum, intelligendus eſt Lucas per anticipationem iſta dixiſſe: Matthæum verò atq; Marcum rectum ordinem horum verborum ſeruaſſe.

Hactenus retuli bona fide quicquid ex hoc loco pro aduerſarijs contra nos produci poſſe puto. Sed noſtrum eſt oſtendere, hunc locum non ſolùm non ſuffragari eis, ſed etiam maximè aduerſari: vt rectè dicas hîc compleri quod ait Pſalmus, Incidit in foueam quam fecit. Pſal. 7.

Reſpōſ. Reſpōdemus igitur, in primis clarũ eſſe Lucam duos recenſere calices: vt etiá docent Beda in Lucam, & Hieron. in 26. cap. Matthæi: vtq; ex ipſo textu manifeſtũ eſt. Duplicē enim cibum apud Lucā recenſet Dominus, vnum Paſcha vetus, ex quo dicit ſe iam non ampliùs eſurum donec impleatur in regno Dei: (quaſi diceret, Quia ſtatim implebitur in Dei regno, exhibito pro vetere paſchate nouo, pro figura veritate, pro vmbra corpore) alterum, corpus ſuum; quod iubet deinceps parari & ſumi in ſui, qui redempturus nos erat, memoriam: ſicut Moyſes iuſſerat phaſe fieri in memoriá exit⁹ de ſeruitute Ægypti. Huic duplici cibo duplex adiungitur calix vel potus. Veteri paſchati reſpōdet calix quē iubet dominus ab apoſtolis ſumi, diuidiq; inter eos (per hoc ſignificans eos iam debere finē imponere veteribus ceremonijs: quarũ præcipua erat eſus & potus paſchalis agni & vini) eo modo quo multi inter ſe diuidētes poculũ aliquod, illud euacuāt, conſumunt, & finiunt. Cur autē finē imponere paſchę ceremonijs iam deberēt, rationē reddit, quòd eũ imitari debeant, qui ait ſeſe finē iam poculo veteri impoſuiſſe, ſeq; non ampliùs eo in quo nihil præter

Exod. 12.

genimen

genimen vitis ſeu merũ vinum bibebatur, vſurũ, donec adueniat Dei regnũ, hoc eſt, quia ſtatim veniet Dei regnũ. Dictio enim Donec, ſimul tempus & cauſam ſignificat: quemadmodum cũ dicere ſolemus, Filius non derelinquet patrem, donec vxorẽ duxerit: &, Hic ſeruiet domino ſuo, donec operã ſuam viderit ingratã, aut dominus eum dimittat. Vnde Chriſtus gratias agit patri, quòd iã finẽ imponeret veteri paſchati, trãſiretq; ad hominũ redẽptionẽ, per quã omnia vmbracula Moſis eſſent abolenda. His itaque Chriſti verbis abolito vetere paſchate, tam ſecundùm cibum quàm potũ, tranſit ipſe Chriſtus ad cibum & potum nouæ legis inſtituendũ, & correſpondentẽ nouo paſchati potũ inſtituẽs, non genimen vitis, ſed ſanguinẽ ſuũ, nec aliquid ad vetus teſtamentũ pertinens, ſed ſanguinem illũ noui teſtamenti eſſe pronũciat. Et ſicut pręceperat corpus ſuũ fieri in ſuæ mortis memoriam, ita (teſte Paulo) quoties bibere libet ſanguinẽ illũ, non niſi 1. cor. 11.
in ſui memoriã fieri permittit. Vides itaq; hîc dominũ apud Lucã cõmiſiſſe inter ſe paſcha & corpus ſuũ: generationem vitis quæ ſumebatur cũ paſcha, & ſanguinẽ ſuũ: eſum paſchæ cum eſu corporis, potũ geniminis

minis vitis cũ potu ſanguinis: teſtamentũ vetus cum nouo: abolitionem veteris paſchæ & potus, cũ inſtitutione noui cibi & potus: memoriã tranſitus ex Ægypto cum memoria ſui: præceptũ edendi & ſacrificãdi paſcha, cum præcepto edendi ſacrificãdique corpus ſuũ: præceptum generationem vitis (ſi cum paſcha ſumatur) offerẽdi & ſumendi in memoriã redemptionis ex Ægypto, cũ præcepto (ſi bibatur) ſacrificãdi & ſumendi ſanguinẽ Domini in memoriã ipſius. In primis igitur admodũ vigilãter veterẽ potum vocauit Chriſtus, non vno verbo vinum (quomodo aliàs dicit:
Mar. 2. Nemo mittit vinũ nouum in vtres veteres;
Mat. 11. & ſe vocatũ ab impijs vini potorem) ſed genituram vitis. & quorſum id quęſo? niſi vt nos commonefaceret originis vini, & oſtẽderet veteris potus vilitatem dum nouo potui, quẽ parabat, cõparatur: vtpote qui aliud nihil eſt, quàm genimen vitis & fructus terrenus. Potus autem nouus, non genimen vitis, non fructus terrenus, ſed ſanguis eſt Chriſti, opus Spiritus ſancti, fructus virginalis vteri. Percurrantur tres Euangeliſtæ, Matthæus, Marcus, & Lucas: nuſquam niſi in vltima cœna inuenies ita eos deſcripſiſſe vinum periphraſi hac: Geni-

hac: Genimen vitis, quemadmodum hoc in loco: vtique non alio conſilio, quàm vt differentiam vini à ſanguine Chriſti, quem ore bibendum in hac cœna propinabat, oſtenderent. Sed nunc clariùs exponendum eſt, quid in verbis iam dictis ſibi velit: Donec regnum Dei etc. Regnum Dei, ait Paulus, eſt iuſtitia, gaudium, & pax in Spiritu ſancto. Quandocunq; igitur iſta Deus operatur, aut gratiam ſuam peculiarem ad hæc operanda effundit, dicitur venire regnum Dei (quod perfectè venturum non eſt ante Chriſti poſtremum aduentum). Vnde in euãgelio dicit Chriſtus. Si ego in digito Dei eijcio dæmonia, profectò peruenit in vos regnum Dei. & iterum: Regnum Dei intra vos eſt. Quamobrem & in trãsfiguratione ſua dicit aliquos Apoſtolorum vidiſſe regnum Dei veniẽs in virtute. Quando ergo Chriſtus ineffabili charitate inſtituit nobis, atq; donauit in finem vſq; ſeculi ſuum corpus & ſanguinẽ edenda corporaliter, ad ſalutem animæ & corporis: profectò longè excellentiùs venit regnum Dei, quàm cùm coram tribus Apoſtolis mira gloria transfiguratus erat. Dicat fortaſſe lector: Nõne Chriſtus poſt aduentũ regni, poſt inſtitutionem terribilis myſte-

Lucæ 22. Rom. 14. Lucæ 11. Lucæ 17. Matt. 16. Obiect.

lis myſterij,& poſt reſurrectioné, bibit cũ apoſtolis de genimine vitis, ſecũdũ id quod

Acto.10. Petrus ait: Manducauimus cũ illo & bibimus poſtquã reſurrexit à mortuis? Reſpõ-

Reſponſ. dendũ, dominũ nõ negare ſe bibiturũ vnquá vinũ, ſed de hac generatione vitis, quę cũ paſchali agno ſumebatur, bibiturum ſe negat: quia ampliùs cæremonias legis Moſis nõ erat ſeruaturus, ſed ſuum Paſcha apoſtolis traditurus: ſicut in Lucã bene annotat Beda.

Nunc verba Marci cum his cõferamus.

Mar.14. Is aũt ſic habet: Et accepto calice gratias agés dedit eis, & biberunt ex illo omnes, & ait illis: Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur. Amen dico vobis, quia iã non bibã de hoc genimine vitis vſque in dié illum, cum illud bibã nouũ in regno dei. Indubitatũ eſt Marcum hîc nõ narrare recto ordine illud: Biberunt ex illo omnes, ante verbũ Chriſti: Hic eſt ſanguis me⁹ etc. Neq; enim Chriſtus poſtq̃ bibiſſent, ſed antequã biberent, dixit: Hic eſt ſanguis meus. Nã apud Matthæũ ad bibẽdum inuitãs, pro ratione cur

Matt. 26. id velit, inquit: Hic eſt enim ſanguis meus. Sicut itaq; in eo Marcus ordiné nõ ſeruauit hyſtoriæ, ſed prout occurrebat & congruum

gruum iudicabat, verba domini digeſsit: ita etiã in verbis de genimine vitis nec ipſe nec Matthæus videntur tenuiſſe hiſtoriæ ordinem, ſed ea quæ antè dominus de eſu agni paſchalis dixerat, breuiter inſinuaſſe. Quid verò ſibi vult hoc: Vſq; in diẽ illum, cum illud bibam vobiſcum nouum in regno patris mei? & quomodo cõſonat verbis Lucæ? Diem poſuit pro tempore, quod cœnã agni paſchalis ſtatim ſequebatur. Addit autẽ, Illum, per emphaſim, veluti dicat: vſq; ad deſideratum & præclarum illud tempus: ſicut Luc. 21. de die iudicij dicit, Superueniat in vos repentina dies illa. Nouum autem illud dicẽs, ad genimen vitis non refert ſermonẽ, ſed ſimpliciter eximium quendam & nouum potum deſignat, nempe ſanguinem ſuum, quem mox à cœna cum Apoſtolis bibit in inchoatione & manifeſtãtione regni Dei: ſicut dicens, Hoc eſt corpus meum, nõ panem, ſed quod porrigebat Apoſtolis demonſtrat. Meritò autem nouum dicitur poculũ (cùm genimen vitis ſit vetuſtum ac conſuetum) quia nõ genimen vitis eſt, ſed ſanguis ex virgine ſumptus: quia nouum teſtamẽtum perficit & complet, hominemq; nouum facit. Atq; ex hoc, quòd illud

Mar. 14.

illud nouum dicit, oſtendit genimen vitis vetus eſſe, ac ad vetus teſtamentum pertinere. Nam, Nouum illud, et, Genimine vitis, inter ſe mutuò opponit: ſicut Auguſt. annotauit lib. 1. quæſt. euang. cap. 43. Nullo autem pacto admittẽdum eſt, quòd dominus illum potum τὸ τῆς καινῆς διαθήκης. de quo dixit, quòd eſt ſanguis ſuus ille noui teſtamenti, veterẽ vocaret. Si enim vetus eſt potus, qua ratione poteſt eſſe noui teſtamenti? Cum igitur genimen vitis vetus dixerit, ei opponens nouum, patet quòd genimen vitis nõ vocauerit id quod dixit eſſe ſanguinẽ noui teſtamẽti. Notãdum autẽ, licet vtrobiq;, Bibã, & quod ibi ponitur, οὐ μὴ πίω ἀπ᾽ ἄρτι, & quod ibi: ὅταν αὐτὸ πίνω μεθ᾽ ὑμῶν καινόν, ſit coniunctiui modi apud Grȩcos, & Latinis videatur ſonare futurum: tamen ſecundum, Bibam, Græcis præſentis eſt temporis, Cõiunctiui modi: ſicut etiã latinè dicimus in præſenti Coniunctiui, Bibam, bibas. quo vtiq; deſignatur, tẽpus iſtud quo Chriſtus nouum bibit, nõ in futurum ſeculum vel longum tempus differri, ſed iam tunc præſens adfuiſſe. Quẽadmodum enim apud Lucam impletio agni paſchalis non in futurum ſeculum, nec in lõgum tempus differenda

dici-

dicitur, ſed in eadé cœna impleri incipiebat: ita neceſſe eſt vt nouus iſte potus in eadé cœna cœperit bibi. Nec cōgruum videtur vt in priore parte ſentétiæ fiat ſermo de potu corporali, in ſecunda de ſpirituali ſeu gaudio reſurrectionis: cū dominus eſum agni paſchalis cōmutet in eſum corporis ſui, qui fit in iſto ſeculo. Ergo & ſimiliter potū geniminis vitis mutat in potū ſanguinis ſui, qui in hoc ſeculo agitur. Atq; ex iſto loco ſumptum arbitror, quod ait Hieroymus: Dominus Ieſus dedit nobis panem verum: ipſe conuiua & conuiuium: ipſe comedens & qui comeditur: Illius bibimus ſanguinem, & ſine ipſo potare non poſſumus. Eſt ergo ſenſus: Poſthác potum veteris Paſchæ nō ſumam: quia iam adeſt illa præclara hora, qua in regno Dei vobiſcū bibo vel ſtatim bibam eximium illud & nouum poculum. Cùm igitur in euangelio Lucæ genimen vitis cum agno veteri aboleatur, & ſanguis Chriſti, qui noui teſtamenti eſt, cum corpore Chriſti ſubſtituatur: & in Euangelio Matthæi & Marci genimen vitis dicatur vetus poculum, oppoſitum nouo, à Chriſto non ampliùs bibendum: ſanguis autem Chriſti, potus, & noui teſtamenti, ac proin-

Quæſt. 2. ad Hedibiam.

ac proinde nouus potus: clariſsimè cõuincitur, id quod Chriſtus dixit eſſe ſanguinem ſuum, non eſſe genimen vitis: vſque adeò vt ex iſtis euangelij locis certò liceat ſtatuere dogma eccleſiæ de Tranſſubſtantiatione: quòd videlicet ſanguis Chriſti in euchariſtia non ſit genimen vitis, ſeu vinum propriè dictũ. Diuus Cyprianus ex iſto loco probat vinum fuiſſe, quod Chriſtus ſanguinem ſuum dixit: quod ita intellige, quia ex ipſo genimine vitis quod cum Paſcha bibebatur, cõſecrauit Chriſtus ſanguinem ſuum. Vinum ergo antè fuit, ex quo poſteà ſanguinem fecit. Nec abſurdum videri debet, à Veteribus eo modo Chriſti ſanguinem vocari vinum, quo corpus Chriſti panis vocatur. Dum autem Auguſtinus dicit Lucã per anticipationẽ primo loco de calice locutum, ponit modum quo oſtendat Euangeliſtas non eſſe ſibi mutuò contrarios: non præiudicãs venerabili Bedæ & Hieronymo, qui duos ponũt calices, rectè nihilominus cõcilian tes inter ſe mutuò Matthæũ & Lucam.

In epiſt. ad Cecilium.

lib. 3. c. 1. de cõſen. euangel.

Ea verò ratione Auguſtinus genimẽ vitis vocat ſanguinem Chriſti, qua caro Chriſti panis vocatur, vt iam diximus: vtpote à Berengarianis nondum exagitatus ad diligen-

ligentiſsimè expendendum verba textus. Ideoq; alibi myſticè locũ hunc tractat. lib.1. q. euangel. cap 43.

Ad argumẽta ex ratione ſacramẽti ducta reſp.

EX ratione Sacramenti,prętermiſſo literali ſenſu, cõtẽdit Caluinus manere ſubſtãtiã panis,hoc argumẽto: In euchariſtia deſignatur alimentum ſpirituale quod è Chriſti carne percipitur : igitur eſt in ea alimentum corporale,nempe verus panis, corpus nutriens:ſicut in baptiſmo eſt corporalis ablutio per aquam ſenſibilem , vt deſignetur ſpiritualis ablutio quã operatur Spiritus ſanctus.

Artopæus breuiùs hanc rationem proponit,dicens.[Animaduertere iſtos oportebat,perire analogiã ſignificationis, quãdo naturas elementorum remouent.Panis ideo ſignificat corpus Chriſti , quia alit, confirmat,& ſuſtentat,quod accidentibus tribuere non poſſumus etc.] Fatemur in euchariſtia haud dubiè deſignari quòd caro Chriſti alimentum eſt animæ, quo anima noſtra in pietate corroboratur,ſuſtẽtatur,& creſcit.Fatemur inſuper, in euchariſtia eſſe aliquid quod corporaliter cibet & nutriat, vt caro Chriſti alimentum ſpiritale eſſe deſignetur.Cæterùm , idipſum corporale alimentum aſſerimus eſſe corpus

pus Chriſti:ita vt corporalis manducatio corporis Chriſti ſpiritalem eiuſdem eſum ſignificet:quemadmodùm tactus Chriſti, quo adhuc mortalis infirmos corporaliter tangebat, inditiũ erat tactus virtutis eius quo ſanabat eos,& ipſa corporalis ſanatio, quá ipſe,Deus & homo operabatur,ſignabat ſpiritalem curationem,cuius idem ipſe Deus author erat. Non igitur concidit ratio ſacramenti,ſi in euchariſtia nõ remaneat ſubſtantia panis:ſicut ad hoc vt Chriſtus animę deſignetur eſſe ſanator, nõ op⁹ eſt vt non ipſe,ſed alius ſanet corpus.

Dicimus quoq;, non accidentia propriè nutrire aut ſuſtentare corpus, ſed, Chriſti carnem per ea: ſicut non propriè humana natura in Chriſto paſſa eſt, ſed Chriſtus ſecundùm eam,& per eá tetigit leproſum, non ipſa leproſum: quáquàm nuſquá ſcriptura doceat, accidentia ipſa hoc nõ poſſe
Mat. 4. facere,ſed dicat hominem viuere ex omni quod procedit de ore Dei. At neque verum eſt,ſpiritalem nutritionem ſignari nõ poſſe niſi verè aſsit corporale aliquod nutrimentum. Ignis qui apparuit Moyſi in
Exod. 3. rubo ardẽs,deſignabat Deum corda vrentem & non conſumentem, ipſumque Saluatorem noſtrum Chriſtum efficacia ſpiritus

ritus ſui matrem fœcundātem, nec tamen corrumpentem: attamen verus ignis non erat, aut ſaltem (quod igni proprium eſt) nō conſumebat ea quæ incendebat. Linguæ igneæ, quæ in die Penthecoſtes ſuper Apoſtolos viſæ ſunt, neque veræ linguæ, neque verè igneę erant: & tamen deſignabant donum charitatis & linguarum. Viri armati in nubibus diſcurrētes, Machabæis ſignabant milites veros, tametſi nō eſſent veri milites. Sed ne putemur tantùm miracula, nō autem aliquid ex ritibus humana opera Deo iubente factis allegare: ecce, Æneus ille ſerpens à Moſe in deſerto erectus, nōne deſignabat Chriſtum in cruce pendentem & moriētem, quaſi ſerpentis antiqui veneno afflatum: quū tamē nec venenum haberet, nec verā mortem ſubiret, vtpote inanimis & ex ære fabricatus? Denique, ipſa tinctio baptiſmi, ſeu quòd in baptiſmo aqua aſpergimus infantē, deſignat animæ ablutionem, etiam ſi corpus baptizati reuera à nulla ſorde purgetur: & apud Caluiniſtas minimæ particulæ panis conſecrati ſumptio, teſtatur (vt eis placet) animam nutriri, etiam ſi corpus tātillo panis fragmento nihil alatur: non eſt ergo neceſſe, vt in ſacramentis ſemper id

Act. 1.

2. Mac. 5.

Num. 21.

agatur verè in corpore, cuius ſimile ĩn anima fieri deſignatur.

Addit Artopæus aliam rationem ſacramenti, hinc idipſum conans oſtendere, panem videlicet manere in euchariſtia. [Non enim effigies, inquit, forma & accidentia panis ſubeunt hoc munus vt ſint ſacramenta, ſed natura & ſubſtantia ipſa panis & vini mutatur in ſacramenta corporis & ſanguinis Domini. Vtq; ſubſtantia ipſa panis, & non effigies aut accidẽtia, nutrit: ita corpus Chriſti & animam noſtram alit, & corpus fouet atque inſtaurat. Vtq; ſubſtantia ipſa panis conſtat ex multis granis, ita corpus myſticum quod repræſentat, multa habet ſimul coniuncta membra.] Expendantur duorum doctorum verba, qui in euchariſtia conſiderârunt ſignari vnitatem corporis myſtici, ex eo quòd panis ex multis granis conficitur: vt eluceſcat vanitas eorum, qui diuerſum inde moliuntur ſtatuere, panem in ſubſtantia immutatum in euchariſtia permanere. Sic verò, inquit Cyprianus, calix Domini nõ eſt aqua ſola, aut vinum ſolũ, niſi vtrumq; ſibi miſceatur, quomodo nec corpus Domini poteſt eſſe farina ſola, aut aqua ſola, niſi vtrumq; adunatum fuerit & copulatum, &

Li. 1. epiſtol. epiſtola 3. ad Cecilium

tum,& panis vnius compàge ſolidatum. Quo & ipſo ſacramento populus noſter oſtenditur adunatus, vt quemadmodum grana multa in vnum collecta, & commolita & commixta, panem vnum faciunt: ſic in Chriſto qui eſt panis cœleſtis, vnum ſciamus eſſe corpus, cui coniunctus ſit noſter numerus & adunatus. Hæc ille: Similiter Auguſt. Cùm cibo & potu id appetãt homines, inqt, vt neq; eſuriant neq; ſitiãt, hoc veraciter nõ præſtat niſi iſte cibus et potus, qui eos à quibus ſumitur, immortales & incorruptibiles facit, id eſt, ſocietas ipſa ſanctorũ, vbi pax erit atq; vnitas plena atq; perfecta. Propterea quippe (ſicut etiam ante nos hoc intellexerunt homines Dei) Dominus noſter Ieſus Chriſtus corpus & ſanguinem ſuum in eis rebus commendauit, quæ ad vnum aliquid rediguntur ex multis. Namque aliud in vnum ex multis granis conficitur & conſtat, aliud in vnũ ex multis acinis confluit. Vides, lector, Cyprianũ & Auguſtinum intellexiſſe aliquam ſignificationem in eucharistia ex rebus illis, quas conſtat iam nõ ſubſiſtere ſed omnino tranſiſſe cõuerſaſq; eſſe in aliã ſubſtantiã: ſicut grana frumenti, farina & aqua, iam ex eis confecto pane,

Tract. 26. in Ioan.

nō ſunt in pane, ſed eius materia antè fuerunt, ex qua trāſeunte iam factus eſt panis operatione panis, ſeu, quæ in panē per ignem verſa eſt. Significationē igitur ſacramēti euchariſtiæ, quā hinc Patres tradiderūt, locū perinde habere dicimus ſiue maneat panis (vt volūt aduerſarij) ſiue tranſmutetur in ſubſtantiam corporis Chriſti: quod veritas habet. Nā ad eā ſignificationem, quæ ex trāſeunte materia rei deſumitur, nihil refert, ſiue res ipſa iterū ſit commutata ſiue nō, dūmodò liceat cognoſcere materiā illam, ex qua primùm res confecta eſt. Sicut, exēpli cauſa, miſtio ex aqua & ci-
Num. 19. nere vaccæ quæ nunq̄ iugū geſtârât, Chriſtum, qui peccato nūquam ſubiacuit, æquè ſignificabat vt ipſi cineres vaccæ nondum in aquam miſsi, aut vti ipſa vacca antequā exureretur: quia videlicet illius præteriti conſideratio, quòd vacca iugum non portauerat, rē expendēti perindè occurrebat, ſiue adhuc viuente vacca, ſiue exuſta, ſiue ipſis cineribus iam aquæ immiſsis. Sic etiā, ſiue panis nondum ſit cōſecratus, ſiue iam conſecratione ſit mutatus, conſideranti in mentem indifferenter venit, materiam ſacramenti quondam factam fuiſſe ex multis granis commolitis, commixtis & mutatis.

Ad præ-

Ad prædicta addit Caluinus, nos in hoc dogmate vetuſtatis patrocinio deſtitui. Nam concilium Conſtantiēſe, Lateranenſe, & ea quæ contra Berengarium celebrata ſunt, Damaſcenum qnoq; & Theophilactum, extra vetuſtatem ponit. Sciens tamen Veteres conuerſionem panis in corpus Chriſti apertè tradere, nóſq; inde colligere, panis ſubſtantiam tranſmutari in corpus Chriſti: velut reſpõſurus ait, [Nam quod dicunt (ſcilicet Patres) in conſecratione fieri arcanam conuerſionem, vt jam aliud ſit quàm panis & vinum, non eo ſignificant in nihilum ipſa redigi, ſed iam alio loco habenda eſſe quàm communes cibos, qui duntaxat ad paſcendum ventrem ſunt deſtinati, quũ in ijs nobis exhibeatur ſpiritualis animæ cibus ac potus. Id neq; nos negamus. Si conuerſio eſt, inquiunt iſti, neceſſe eſt aliud ex alio fieri. Si intelligant fieri aliquid quod prius non erat, aſſentior. Si ad ſuam illam imaginationem trahere volunt: reſpondeant mihi, quã mutationē fieri ſentiant in baptiſmo? Nam Patres hîc quoq; mirificam conuerſionē ſtatuunt, quũ dicunt ex corruptibili elemēto fieri ſpirituale animæ lauacrum. Aquã tamen manere, nemo negat.] Quinam ſint

Veteres illi, qui dicunt aquã verti in baptiſmo in lauacrũ animæ, aut, ex aqua fieri ſpirituale animę lauacrum: nõ dicit Caluinus, idque, vt opinor, quòd hoc cerebri ſui
Lib. 4. de ſacra. c. 4 fœtũ eſſe videat. Lego apud Ambroſiũ & Euſebiũ, quẽ Emiſſeni nomine citat Gratianus, veterẽ hominẽ per baptiſmũ mutari in nouũ: cæterùm aquæ mutationẽ nõ lego. Quòd ſi fortè id etiam aliqui illorum aſſerant, tamen lõgè diuerſum eſt à mutatione panis in corpus. Corpus enim nomẽ ſubſtantiæ eſt, lauacrum autem accidentis. quapropter ſi quis dicat aquã fieri animæ lauacrum, nõ ſubſtantiæ mutationem ponit, ſed accidentis: ſicut cum dicit, Paries fit albus: aqua fit mihi ſalubris vel ſuauis.

Rectè itaq; expenſa Veterum verba Caluini commentarium non admittunt, vt dicant verti panem et vinum, quia alio loco habenda ſunt quàm cõmunes cibi, quia ſcilicet in eis vt ſignis, nobis exhibetur ſpiritalis cibus & potus, ſeu (vt dicit Artopæus, ponens mutationẽ ſacramentalem) quia mutantur in ſacramenta corporis & ſanguinis Chriſti. Gregorius Niſſenus dicit ſic panem verti in Chriſti corpus in eu-
Suprà pag. 35. chariſtia, quẽadmodũ quondam vertebatur dum Chriſtus adhuc mortalis pane

nutrie-

nutriebatur. Ambroſius dicit panem ita verti, vti virga Aaron in colubrum conuerſa eſt, ideoque non panem iam eſſe vel dici, ſed Chriſti corpus, tametſi minimè appareat, ne horror ſit carnis vel cruoris humani. Alij veteres ad idem ſuprà adducti ſunt: inter quos Cyrillus eandem cum Ambroſio virgæ conuerſionem aſsignat. li. de myſter. initian. c. 9. Pag. 35.

Porrò hanc peruerſam expoſitionem verborum Veterũ quibus docẽt conuerti panẽ in Chriſti corpus, adinuénit ter impius VViclef: qui in libro de euchariſtia cap. 2. & 4. conuerſionem vnius ſubſtantiæ in aliam ita deſcribit, vt rectè dicatur ſignum verti in ſignatũ, columba in Spiritum ſanctum, imò, verbũ Dei in carnem: quæ ſunt longè abſurdiſsima. Thomas Waldenſis tom. 2 cap. 7.

Examinãtur Veterum ſententiæ, pro ſtatuenda panis & vini in ſacramẽto Euchariſtiæ permanentia, adductæ.

ORdine nunc conſideremus Veterum illa dicta, quæ citant aduerſarij ad ſtatuendam panis & vini permanentiam. Id autem ex Artopæo fiat, qui ea maiori ex parte collegit. Primùm. [Corpus Chriſti non eſt panis qui vadit in corpus, ſed iſte panis vitæ æternæ, qui animæ noſtræ

ſubſtantiam fulcit: vt dicit Aug. de verbis domini ſer. 28. Atqui panis euchariſtiæ nō eſt hic, cùm panis euchariſtiæ in ventrem abeat & ibi conſumatur etc.] Et infrà: [Alioqui ſequeretur etiam malos homines & impios recipere panē vitę ęternę fulciētem animæ noſtræ ſubſtātiā: quod eſſet abſurdiſsimū.] Mendaciū eſt, Auguſtinū (ſeu potiùs Ambroſium: ex quo ille 28. ſermo Auguſtini deſumptus eſt) non loqui de pane euchariſtiæ (ſi ſic cum Artopæo loqui liceat) dum ait: Non iſte panis eſt qui vadit in corpus etc. Quod vt clarè cognoſcas, lector, verba vide Ambroſij. Panem, inquit, noſtrum quotidianum da nobis. Memini ſermonis mei, cùm de ſacramentis tractarem. Dixi vobis, quòd ante verba Chriſti quod offertur panis dicatur: vbi Chriſti verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, ſed corpus appellatur. Quarè ergo in oratione dominica, quæ poſteà ſequitur, ait: Panē noſtrum? Panem quidem dixit, ſed ἐπιούσιον dixit, hoc eſt, ſuperſubſtantialē. Nō iſte panis eſt qui vadit in corpus, ſed ille panis vitæ æternæ, qui animæ noſtræ ſubſtantiam fulcit. Ideo Græcè ἐπιούσιον dicitur. Latinus autem hunc panem quotidianū dixit: quem Gręci dicunt adue-

Lib. 5. c. 4. de ſacrament.

aduenientẽ, quia Gręci dicũt τὴν ἐπιούσιαν ἡμέραν aduenientem diem. Ergo quod Latinus dixit & quod Gręcus, vtrumq; vtile videtur. Gręcus vtrũq; vno ſermone ſignificauit, latinus quotidianũ dixit. Si quotidianus eſt panis, cur poſt annũ illum ſumis, quemadmodum gręci in Oriẽte facere cõſueuerunt? Accipe quotidie, quod quotidie tibi proſit. Sic viue, vt quotidie merearis accipere (Qui non meretur quotidie accipere, nõ meretur poſt annũ accipere) quomodo Iob ſanctus pro filijs ſuis offerebat quotidie ſacrificium, ne fortè aliquid vel in corde vel in ſermone peccaſſent. Ergo tu audis, quòd quotieſcunq; offertur facrificium, mors Domini, reſurrectio Domini, eleuatio domini ſignificetur, & remiſsio peccatorũ: & panẽ iſtum vitæ nõ quotidianũ aſſumis? Qui vulnus habet, medicinam requirit. Vulnus eſt quia ſub peccato ſumus. Medicina eſt cœleſte & venerabile ſacramentum. Hæc Ambroſius. Satis vides, lector, eum de ſacrificio agere, quod in altari offertur: quod Gręci, inquit, in Oriẽte poſt annũ ſumunt, cùm quotidie ſumendũ ſit: quod cœleſte eſt & venerabile ſacramentum: quod ante Chriſti verba panis dicitur, vbi autem verba deprompta

Itẽ Aug. c.12. lib.2 de ſer. domini in monte.

Iob 1.

Idem habet Haymo pa.92

fuerint,iam non panis dicitur, ſed corpus Chriſti appellatur. Et exponēs quomodo hoc ſuperſubſtantialis panis vocetur; docet id non verti in corpus noſtrum, ſed animas fulcire dum ore ſumitur. Eūdem locum orationis dominicæ ante Ambroſiū ſimiliter interpretatus eſt Tertullianus. Corpus Chriſti, inquit, in pane cenſetur: Hoc eſt corpus meū. Itaq; petendo panem quotidianum,perpetuitatē poſtulamus in Chriſto, & indiuiduitatē à corpore eius. Sed latiùs quā illi duo ad eadē verba Cyprianus:Panis vitæ Chriſtus eſt,inquit, & panis hic omnium nō eſt, ſed noſter eſt. & quomodo dicimus: Pater noſter, quia intelligentium & credētium pater eſt: ſic & panē noſtrū vocam⁹,quia Chriſtus noſter, qui corpus eius cōtingimus,panis eſt.Hūc autē panē dari nobis quotidie poſtulamus, ne qui in Chriſto ſumus, & euchariſtiam quotidie ad cibū ſalutis accipimus, intercedēte aliquo grauiore delicto,dū abſtenti & nō cōmunicantes à cœleſti pane prohibemur,à Chriſti corpore ſeparemur, ipſo prædicante & monēte:Ego ſum panis vitę qui de cœlo deſcendi: ſi quis ederit de hoc pane,viuet in æternū. Panis autem quem ego dedero, caro mea eſt pro ſeculi vita.

In lib de orat.

In ſer. 6.

Ioan. 6.

Quando

Quando ergo dicit in æternum viuere ſi quis ederit de eius pane (vt manifeſtum eſt eos viuere, qui corpus eius attingunt, & euchariſtiam iure communicationis accipiunt) ita contrà timendum eſt & orandum, ne dum quis abſtentus ſeparatur à Chriſti corpore, procul remaneat à ſalute, comminante ipſo & dicente: Niſi ederitis carnẽ filij hominis & biberitis ſanguinem eius, nõ habebitis vitam in vobis. Et ideo panem noſtrũ, id eſt Chriſtum, nobis dari quotidie petimus: vt qui in Chriſto manemus & viuim⁹, à ſanctificatione & corpore eius non recedamus. Hæc Cyprianus. Idipſum etiam Auguſtinus, tractans ſermonem domini in monte, exponit de euchariſtia. Erubeſcat ergo mendax Artopæus, dicens Auguſtinum & Ambroſium citatis à ſe verbis (& nunc ſyncerè à nobis repetitis) non de euchariſtia loqui: quum præter illos duos etiam alij egregij doctores, manifeſtiſsimè illam orationis dominicæ petitionem, de euchariſtia exponant: quemadmodum iam demonſtrauimus. Sedulò autem notandũ eſt id quod ibi ait Cyprianus: fideles nimirum Chriſti corpus contingere, & à cœleſti pane prohiberi eos, qui intercedente aliquo grauiore

Ioan. 6.

lib. 2. c. 12

uiore delicto iubentur abſtinere ab eucharistia. Nam Caluinus & Artopæus liberum eſſe volunt, quouis tempore panem illũ cœleſtem fide accipere, & prohiberi quidem poſſe homines à pane eucharistiæ (vt loquũtur) cæterũ, fidelibus ſemper patére panẽ cœleſtẽ, hoc eſt, Chriſtũ in cœlo ſedentem. Cyprianus certè, quia ſciebat euchariſtiá eſſe Chriſti corpus, non nouit hanc ſubtilitatẽ: ſed audacter affirmat eos qui ab euchariſtiá ſumenda prohibentur, à cœleſti pane prohiberi. Et cautè addit Cyprianus, eos viuere qui corpus Chriſti attingunt & euchariſtiá accipiunt iure communicationis: deq; talibus loqui

Ioan. 6. Dominũ, dum ait: Si quis edat ex hoc pane viuet in æternum. Non enim deſunt qui corpus illud attingũt, quiq; euchariſtiá citra ius cõmunicationis accipiũt. De quibus quinto ſermone de lapſis ſcribit, eos vim inferre corpori & ſanguini domini, pluſq; in dominũ manib⁹ ac ore delinquere, quá cùm dominum negauerũt: dũ ſcilicet manibus ſumũt Chriſti corpus, & ore comedunt. Ac talibus immerẽtibus dicit ſanctũ domini non prodeſſe: ſicut & Hierony-

In 66. c. Eſaiæ. mus negat impuros carnẽ Ieſu edere: quia ſcilicet iure cõmunicationis eá nõ edunt.

Quo ſen-

Quo ſenſu etiã rectè dicas, non turbã quæ Chriſtum comprimebat Chriſtũ tetigiſſe, ſed, ſolã fidelẽ Emoroiſſam. Alioqui, nihil dubitat Hieronymus ſicut nos dicere, malos bibere Chriſti ſanguinẽ. Polluimus, inquit, panem, id eſt, corpus Chriſti, quando indigni accedimus ad altare, & ſordidi mũdum ſanguinem bibímus, & dicimus, Menſa domini deſpecta eſt: nõ quòd hoc aliquis audeat dicere, & quod impiè cogitat ſcelerata voce proferre, ſed opera peccatorum deſpiciunt menſam Dei. Hæc Hieronymus. Lucæ 8. In 1. Malachiæ.

Sed videamus quomodo probet Artopæus Euchariſtiam conſumi. [Panis, inquit, euchariſtiæ in ventrem abit, & conſumitur: ſicut teſtatur Auguſtinus de Trinitate lib. 3. ca. 10. panis ad hoc factus in ſacramento, accipiendo conſumitur.] Non improbabiliter tradũt Catholici quidam, Auguſtinum eo in loco de panibus propoſitionis, qui in veteri teſtamento ſacramẽta quædam erant, agere: vt hoc exemplum adducatur ex veteri ſcriptura, quemadmodùm & reliqua quæ in eodem capite præcedunt. Rurſum, poſſet id referri ad ſacramentum, quod eius tempore dabatur cathecumenis edendum, ſed corpus Chriſti

non erat:

non erat: vt dicit c. 26, libri 2. de pec. mer. & rem. Cæterùm placet de euchariſtia dictum accipere, maximè ob id, quod ibidẽ ſubnectit: Infantes nõ nôrunt quod in altari ponitur, et pacta pietatis celebratione conſumitur, vnde, vel quomodo conficiatur, vnde in vſum religionis aſſumatur: & ſi nunquam diſcant experimento vel ſuo, vel aliorum, & nunquam illã ſpeciem rerum videant, niſi inter celebrationem ſacramentorum cùm offertur & datur, dicaturque illis authoritate grauiſsima cuius corpus & ſanguis ſit, nihil aliud credent, niſi omnino in illa ſpecie Dominum oculis apparuiſſe mortalium, & de tali latere percuſſo liquorem illum omnino fluxiſſe. Bene autem aduertat lector, quid dicat Auguſtinus, nempe, quod in altari ponitur, peracta pietatis celebratione conſumi, & illam rerum ſpeciem corpus et ſanguinem Chriſti eſſe. Ac ne fortaſſe cauilleris id quidem verum eſſe, ſed per metonymiam, hoc attende, authoritate grauiſsima dici eſſe corpus & ſanguinẽ Chriſti, ac proinde verum eſſe quod dicitur: falſum quippe aſſerentis authoritas grauis nõ eſt. Quarè & citra metonymiã. Ad tropicè enĩ loquendũ, nõ grauiſsima authoritate,

tate,ſed tantùm conſueto hominum etiam leuiſsimorum vſu opus eſt. Deinde, ex tropica locutione (qua dicitur panis eſſe corpus Chriſti quia illud deſignat) nunquam crederent infantes, dominũ in ſpecie panis oculis apparuiſſe mortalium, ac ex latere panis percuſſo effuſum ſanguinẽ & aquã. Sed quomodo interim dicit Auguſtinus conſumi, quod in altari ponitur? Hoc vt intelligamus, ſcire primùm oportet, eum alibi ſatis apertè docere corpus Chriſti cõtineri in Euchariſtia, & tamen non conſumi: ſermone videlicet 28. de verbis domini, iam paulo antè à nobis citato, & libro 2. de pec. mer. & re. c. 26. vbi ait: Nõ vnius modi eſt ſanctificatio. Nam & cathecumenos ſecundùm quendam modum ſuum per ſignum Chriſti & orationem Manus impoſitionis puto ſanctificari: & quod accipiunt, quanuis non ſit corpus Chriſti, ſanctum eſt tamen, & ſanctius quàm cibi quibus alimur, quoniam ſacramentum eſt. Verũ & ipſos cibos, quibus ad neceſsitatẽ ſuſtentandæ huius vitæ alimur, ſanctificari idem Apoſtolus dixit, per verbum Dei & 1. Tim. 4.
orationem qua oramus: vtiq; noſtra corpuſcula refecturi. Sicut autẽ iſta ciborum ſanctificatio non efficit, vt quod in os intrauerit

trauerit nõ in ventrem vadat et ſeceſſum emittatur per corruptionem, quia omnia terrena ſoluuntur (vnde ad aliam eſcã quę non corrumpitur nos dñs exhortatur) ita ſanctificatio cathecumeni, ſi nõ fuerit baptizatus, non ei valet ad intrandum regnũ cœlorum, aut ad peccatorũ remiſsionem.

Ioan. 6.

Ecce, Auguſtinus dum ſanctum cibum cathecumenorum dixiſſet nõ eſſe corpus domini (eo vtiq; indicãs, fideliũ cibũ eſſe corpus dñi) docet Chriſti corpus non corrumpi, ſed cibos communes oratione ſanctificatos, vt qui eant in ſeceſſum. Proinde, non aſſerit Chriſti corpus corrũpi, ſed, panem factum ad celebrationem: qui ſecũdùm ſubſtantiam quidem in Euchariſtiæ conſecratione, ſecundũ accidentia autẽ illa externa, in ſumptione Euchariſtiæ conſumitur. Similiter intellige & aliud eius dictum: Illud quod in altari ponitur (quod vtique panis eſt) pietatis peracta celebratione conſumitur. Cum autem offertur & datur, Chriſti corpus tũ dicitur illa rerum ſpecies: Quia ſcilicet tũc ſubſtantialiter mutatũ eſt, ita vt ſubſtantia in altari poſita primò panis ſit, poſteà verò, eadẽ ſpeciebus non re permanens, Chriſti corpus. Inde quoq; liquet verus intellectus verborum ſequen-

Cap. 10. lib. 3. de Trinit.

ſequentium eodem capite: Aliquando ad ſignificandum fit eadem ſpecies (quæ ſcilicet non eſt ipſe propheta) vel aliquantulùm manſura, ſicut potuit ſerpens ille æneus exaltatus in eremo, ſicut poſſunt & literæ: vel peracto miniſterio tranſitura, ſicut panis ad hoc factus in accipiēdo ſacramento conſumitur. Sed quia hæc hominibus nota ſunt quia per homines fiunt, honorem tanquam religioſa poſſunt habere, ſtuporem tanquam mira non poſſunt. Itaque illa quæ per angelos fiunt, quo difficiliora et ignotiora, eo mirabiliora ſunt nobis: illis autem tanquam ſuæ actiones notæ atq; faciles.* Dicit enim hæc Auguſtinus, ſerpentem æneum, literas, panemq́; vnde fit euchariſtia, nota eſſe hominibus & per homines fieri: non autem, quòd per homines fit corpus Chriſti, ſicut capite 4. dicit per manus hominum perduci ad illā ſpeciem viſibilem (quam ſcilicet etiā poſt conſecrationem retinet) ſed non ſanctificari vt ſit tam magnum ſacramentū (quod etiam corpus ſit Chriſti) niſi operante inuiſibiliter ſpiritu Dei.

* Hactenus Auguſtinus.

Eodē lib.

En, quomodo per homines dicat iſta fieri. Sic & hoc eodem capite, explicans id per homines fieri: Infantes, inquit, non nôrunt quod

rũt quod in altari ponitur, vnde, vel quo‑
modo conficiatur, vnde in vſum religionis
aſſumatur. Per homines nempe primùm
pinſitur panis, ab hominibus aſſumitur &
vinum, ex frugibus terræ. Vnde dum de
hoc myſterio loquitur idem ipſe Auguſti-
nus, vigilanter admodum non commiſcet
id quod ante conſecrationem eſt illi quod
relinquitur poſt conſecrationem: non ſic
poſteà panem appellat vt antè, ſed voce
vtrique communi vtens: Cum, ait, per ma
nus hominum ad illam viſibilem ſpeciem
perducitur etc. & iterum: Si nuſquam il-
De Trinitate. lam rerum ſpeciem videant etc. Notum eſt
perlegenti tertium librum, libenter eum
nomine Speciei vti: quia commune eſt ad
ſpeciẽ & formá rei quę verè illud eſt, cuius
Cap. 9. ſpeciem habet, & ad formam rei, quæ aliud
eſt alteriuſq; formam gerit. vt cum dicit:
Species inuſitatæ ſyderum (quæ ſydera nõ
ſunt) Item alibi, de flamma rubi, linguis
igneis, & igne montis Synai loquens: Ad
hoc, inquit, corporalis rerum illarum ex-
titit ſpecies, vt aliquid ſignificaret & præ-
teriret. Sic & capite 26. libelli de catheci-
zandis rudibus: Non ſic habendam eſſe il-
lam ſpeciem benedictione ſanctificatam
etc. Dicit itaque Auguſtinus de literis &
pane,

pane,quia nota ſunt fiuntque per homines, honorem tanquam religioſa habere poſſe(quod de imaginibus hodierni negāt hæretici)ſtuporem autem, tanquam mira non poſſe. Vbi etiam non agit de ipſa panis admirabili cōuerſione,ſed pane conſecrando,& eius ſpecie, facta iam conſecratione remanente,in qua nulla fit ſtupenda mutatio. Mira autem & ſtuporem habentia ibi vocat, non quæ fides complectitur (cuiuſmodi ſunt Deum eſſe trinum, Deū hominem factum,Omnia ex nihilo creata, Panem verti in corpus Chriſti)tametſi planè mira ſint ac ſtupenda,ſed ea, de quibus initio illius 10. capitis ait: Quæ præter naturalem conſuetumve rerum curſum, ex materia corporali, ad quidpiam ſenſibus nuntiandum diuinitus adhibētur, ea propriè miracula vel ſigna dicimus. Iu Euchariſtia nil tale exhibetur ſenſibus, ſicut nec in baptiſmo aut manus impoſitione: quæ, quia in eis datur Spiritus ſanctus mentem ad Dei amorem inflammans,honorem tāquam religioſa habent, ſed quia illius nihil apparet extrinſecus,ſtuporem tāquam mira non habent. Vides ergo, lector, quàm non obſit, ſed patrocinetur nobis hîc Auguſtinus.

T Dein-

Jn.15.c. Matth. Deinceps adducit Artopæus Origenem qui ait: Panis ſanctificatus, iuxta id quod habet materiale, in ventrem abit, & in ſeceſſum eijcitur. Et contra Celſum: Vbi, ait, pro collatis in nos beneficijs gratias diximus, oblatis panibus veſcimur. Ad ea (adiuuante Domino) reſpondebimus, vbi allęgauerimus ea quę certò Origenis ſunt. Nam ea ex quibus ſententiam illam decerpſit Artopæus, iam demum ab Eraſmo ſub Origenis nomine, neſcio vnde, eruta, meritò an Origenis ſint ambigat quiſpiam. Volo vos admonere, inquit, religionis veſtræ exemplis. Noſtis, qui diuinis myſterijs intereſſe conſuêſtis, quomodo cùm ſuſcipitis corpus domini, cum omni cautela & veneratione ſeruatis, ne ex eo parum quid decidat, ne conſecrati muneris aliquid dilabatur. Reos enim vos creditis, ſi quid inde per negligentiam decidat. Quòd ſi circa corpus eius cōſeruandum tanta vtimini cautela, & meritò vtimini: quomodo putatis minoris eſſe piaculi, verbum Dei neglexiſſe quàm corpus eius? Item homilia 5. in diuerſos: Quando ſanctum cibum illudq; incorruptum epulum accipis, quando vitæ pane & poculo frueris, manducas & bibis corpus & ſanguinē

Lib. 8.

Hom. 13. in ca. 25. Exod.

Idem.

guinẽ domini: tunc dominus ſub tectum tuum ingreditur. & tu ergo humilians temetipſum, imitare hunc Centurionem, & dicito: Domine, non ſum dignus vt intres ſub tectũ meum. Vbi enim indignè ingreditur, ibi ad iudiciũ ingreditur accipienti. Hæc ibi Origenes. Iam integra ſubijciamus verba libri 8. contra Celſum: de eis enim mutilè lectis gloriatur Artopæus. Nos, inquit, cõditori rerũ morẽ gerentes, pro eius collatis in nos beneficijs, vbi & gratias dixim⁹, oblatis panibus veſcimur, qui vtiq; ex oratione & precibus ſanctius quoddam corpus conflantur: quod ſanè ſanctiores hos reddit, qui mente integriore hoc ipſo vtantur. Hæc ibi Origenes. Quibus, quæſo, quid requiras ab eo clarius, pro cõprobanda panis tranſſubſtantiatione in corpus Chriſti? Panes, ait, per precẽ fiunt ſanctum corpus, rectè vtentes ſanctificans. Sic enim in Græco legitur. In decimum quintum verò caput Matthæi ſic habet: Dixerit autem quiſpiam, in hunc incidens locum, quòd ſicut quod ingreditur in os non polluit hominem, etiam ſi putetur à Iudæis pollutum: ita quod ingreditur in os non ſanctificat hominem, etiam ſi à ſimplicioribus credatur ſanctificare, nimirum Matth. 8.

is,qui vocatur panis domini.Et eſt, ni fallor,oratio non cõtemnenda , eoq; deſiderans dilucidam expoſitionem , quæ mihi quidẽ talis eſſe videtur : Quemadmodum non cibus,ſed cõſcientia cum hæſitatione veſcentis polluit edẽtem,eo quòd qui hæſitat,ſi veſcatur,iudicatus eſt, quia non ex fide:et quemadmodum nihil eſt impurum per ſe , polluto & incredulo , ſed propter ipſius immũdiciem & incredulitatem : Ita quod ſanctificatur per verbum Dei & per obſecrationem,nõ ſuaptè natura ſanctificat vtentem.Nam id ſi eſſet , ſanctificaret etiam illũ, qui comedit indignè domino, neq; quiſquam ob hunc eſum infirmus aut egrotus fuiſſet, aut obdormiſſet . Nam tale quiddam Paulus demonſtrat,cum ait:
1.Cor,11. Propter hoc,inter vos infirmi,& malè habentes,& dormiunt multi. Proinde etiam in pane domini tum vtilitas eſt veſcenti, quum impolluta mente puraq; conſcientia particeps eſt panis illius . Sic,quod ad eſum per ſe attinet , nec ex hoc quia non edimus de pane verbo Dei,& per obſecrationẽ ſanctificato , fraudamur aliquo bono,nec ex edendo abundamus aliquo bono . Siquidem cauſa defectus eſt malitia peccataque,& abundantiæ cauſa eſt iuſti-

tia ac

tia ac rectè facta: vt tale ſit quod dicitur apud Paulum, his verbis: Neq; ſi comederimus, abundabimus, neq; ſi nō comederimus, minus habebimus. Quod ſi quicquid ingreditur in os, in ventrem abit, & in ſeceſſum eijcitur, & ille cibus qui ſanctificatur per verbum Dei perq; obſecrationem, iuxta id quod habet materiale, in ventrem abit, & in ſeceſſum eijcitur: cæterùm iuxta precationem quæ illi acceſsit pro portione fidei fit vtilis, efficiens vt perſpicax ſit animus, ſpectans ad id quod vtile eſt. Nec materia panis, ſed ſuper illum dictus ſermo eſt, qui prodeſt non indignè domino comedenti illum. Et hæc quidem de typico ſymbolicoque corpore. Multa porrò & de ipſo Verbo dici poſſent, quòd factū eſt caro veruſque cibus, quem qui comederit, omnino viuet in æternū, quem nullus malus poteſt edere. Etenim ſi fieri poſſit, vt qui malus adhuc perſeueret, edat verbum carnem factum, quum ſit verbum et panis viuus, nequaquam ſcriptum fuiſſet: Quiſquis ederit panem hunc, viuet in æternum. Hactenus Origenes. Locus iſte, tametſi ſuſpectæ ſit fidei, rectè tamen poteſt intelligi. Dū dicit eſum panis cōſecrati, per ſe ac citra fidem pietatemq; non

1.Cor. 8.

 prodeſſe,

prodeſſe, dum dicit à nemine malo poſſe edi verbum incarnatum: verum vtique dicit, ſi de eo edendi modo eum loqui intelligas, quo ait Chriſtus: Qui manducat hunc panem, viuet in æternum, hoc eſt (vt loquitur Auguſtinus) quo quis re ſeu effectu participat carnem Domini, & verbũ incarnatum. Inſuper habet, Euchariſtiam eſſe typicũ corpus: quia nẽpe corpus Chriſti eſt ſigno velatũ. Rurſum cum ait: Iuxta id quod habet materiale, in ſeceſſum eijcitur: rectiſsimè ſanè loquitur, ſi de remanentibus poſt conſecrationem qualitatibus cogitet. Item, Nec materia panis prodeſt, inquit, ſed ſuper illum etc. hoc eſt, ipſe panis qui ſecundùm ſubſtantiam tranſijt, non prodeſt etc. Nam ſi citra fidem ſermonis, per quem panis conſecratus eſt, edas Euchariſtiam, tibi nihil prodeſt.

Ioan. 6.

In ipſum locum Ioannis.

At audiamus eum Homilia 9. in Leuiticum (vnde quoque verbula aliquot mutilè detraxit Artopæus) ad illa verba: Sumet de ſanguine vituli, & reſperget etc. in hæc verba loquẽtem: Ritus quidem apud veteres propitiationis pro hominibus, qui fiebat ad Deũ, qualiter celebraretur edocuit, ſed tu qui ad Chriſtum veniſti, pontificem

Leuit. 4.

tificem verum,qui ſanguine ſuo Deum tibi propitium fecit,& reconciliauit te patri,non hæreas in ſanguine carnis,ſed diſce potiùs ſanguinem Verbi,& audi ipſum tibi dicentem: Quia hic ſanguis meus eſt, qui pro vobis effundetur in remiſsionem peccatorum. Nouit qui myſterijs imbutus eſt,& carnem & ſanguinem Verbi Dei. Nō ergo immoremur in his, quæ & ſcientibus nota ſunt,& ignorātibus patére non poſſunt. Quid hîc pro ſe faciens habent Sacramentarij? Auocamur, inquit, à ſanguine bruti ad ſanguinem filij Dei diſcendum: & oſtenditur ille non noſci, niſi ab initiatis: Figuræ verò & ſigna ſanguinis Chriſti, etiam infidelibus, aut in picturis aut alio modo,proponuntur. Sentit itaq; Origenes, euchariſtiam non eſſe figuram corporis,ſed ipſum Chriſti corpus. Matt 26.

Adducit eundem & aliunde Artopæus, vbi loci quem tractat myſticam dans expoſitionem,ait: Panis iſte quē Deus Verbum corpus ſuum eſſe fatetur, verbum eſt nutritorium animorum. Sed myſtica hæc expoſitio literalem ſenſum non tollit, quem & Origeni fuiſſe, præmiſſa teſtantur ſatis. atqui & hîc eum ponit: Oſtendit Chriſtus, inquiens, quando eos hoc In ca. 26. Matth. Tract. in cap. 26. Matth.

pane nutrit, proprium eſſe corpus: & panem Deus Verbum corpus ſuum eſſe fatetur. Similiter & Homilia 16. ſuper Numeros, ſecundùm ſenſum myſticum dixit: Bibere dicimur ſanguinem Chiſti non ſolùm ritu ſacramentorum, ſed & cùm ſermones eius recipimus. Vbi fatetur, ad literam nos Chriſti ſanguinem bibere in ritu ſacramentorum: myſticè verò, quotieſcunq; ſermones eius recipimus.

Ratione aũt agens Henricus Artopęus, quò probet panem eſſe in Euchariſtia, ait: [Euchariſtia ore recipitur, Chriſti corpus tantũ fide, nõ ore: igitur euchariſtia nõ eſt corpus Chriſti.] Minorem inſulsè probat ex illis verbis Origenis, quæ iam loco vltimo recitauimus: quum potiùs contrarium habeant: & ex illo Auguſtini, Quid paras dentem, & ventrem? crede, & manducaſti: Quum ibi non prohibeat Auguſtinus ore ſumere corpus Domini, ſed, ad id quod maximè in communione ſpectandum eſt, exhortetur: ſicut fecit dominus quando dixit: Miſericordiam volo & non ſacrificium, & ſcientiam Dei plúſquam holocauſta. Quemadmodum enim verbis illis non aſpernatur, neq; improbat Dominus ſacrificium, ſed ei miſericordiam

Tract. 25. in Ioan.

Oſeæ 6.

præponit:

præponit:ita eo loco Auguſtinus, nō ventris aut dentis præparationem (quæ ieiunio optimè ſolet fieri) cōmunicaturo prohibet,ſed duntaxat fidei deuotionem præ illa commendat (vt quæ ſi deſit, nil illa profutura ſit) qua homo aliquatenus mãducat Chriſti carnē, etiam priuſquam eam corporaliter ſumat. Hinc tractatu 26. Auguſt. in Ioannem, ad ſpiritalem eiuſmodi eſum (qui cōſiſtit in deuota fide) primò exhortans,deinde ad ipſum corporalē, vtrumq; docens prodeſſe:Videte, inquit, fratres. Panem cœleſtem ſpiritaliter manducate, innocentiam ad altare apportate. Peccata etſi ſunt quotidiana, non ſint mortifera. antequam ad altare accedatis, attendite quid dicatis: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Si dimittis, dimittetur tibi. Securus accede:panis,non venenum eſt. Et epiſto- Idem. la 118. dicit vniuerſæ placuiſſe eccleſiæ, vt in honorem tanti ſacramenti, priùs in os Chriſtiani corpus dominicum intraret, quàm exteri cibi:quod vtique, velint nolint aduerſarij, de ventris dentiſque præparatione dictū accipi debet. Quod etiam planè confirmant cætera, quæ in eadem epiſtola habet. Dicit namq;, eum qui non audet

Vide etiã Tertul. ſupr. pag. 111.

audet quotidie ſumere, ſic honorare corpus & ſanguinem Chriſti, quemadmodum Centurio dominum honorauit di-
Matth. 8. cens: Domine non ſum dignus etc. eum verò qui quotidie ſumit, ita honorare,
Lucæ 19. quemadmodum Zachæus, qui cum gaudio eum excepit in domum ſuam. Si, vt Caluino placet, corpus & ſanguis Chriſti, medicinaq; hinc proueniens, non ore ſed fide ab vtroq; percipitur (hoc eſt, & ab eo qui ob magnam quam de re habet æſtimationem, non audet quotidie accedere ad eius perceptionem, & ab eo qui quotidie accedit) profectò non vnus Centurioni, & alter Zachæo, ſed vterque Zachæo debuit ab Auguſtino comparari. Clariſsimè verò, ore ſumi ſanguinē domini dicit in Le-
Auguſt. uiticum quæſt. 57. Sed, inquit, cum domi-
Ioan. 6. nus dicat, Niſi manducaueritis carnē meā, & biberitis ſanguinē meum, non habebitis vitam in vobis: quid ſibi vult, quòd à ſanguine ſacrificiorum, quæ pro peccatis offerebantur, tantopere populus prohibetur, ſi illis ſacrificijs vnum hoc ſacrificium ſignificabatur, in quo vera ſit remiſsio peccatorum: à cuius tamen ſacrificij ſanguine in alimentū ſumendo, non ſolùm nemo prohibetur, ſed ad bibendum potiùs omnes

exhor-

exhortantur, qui volunt habere vitam? Similiter libro 2. contra aduerſarium legis & prophetarũ: Nos, inquit, audiamus duo teſtamenta in duobus filijs Abrahæ duabúſq; mulieribus eius commixtione fœtabis: ſicut duos in carne vna, Chriſtũ & eccleſiam, iſtis nolentibus, ſine vlla obſcuritate cognoſcimus: ſicut mediatorem Dei & hominum, hominem Chriſtum Ieſum carnem ſuam nobis manducandam bibendumq́; ſanguinem dãtem, fideli corde atq; ore ſuſcipimus: quanuis horribilius videatur humanam carnem manducare, quàm perimere, & humanum ſanguinem potare quàm fundere. Vbi Auguſtinum vides primò merum ſignum ponere, quod non etiam veritas ſit: nempe quòd neq; Abraham Deus eſt, neq; Sara eccleſia vel teſtamentum nouum, aut contrà, Eccleſia non eſt Sara. Deinde ponit coniuges ſignantes Chriſtum & Eccleſiam, qui verè ſimiliter carne per euchariſtiam vniuntur vt coniuges. Tertium denique, quod eo pacto ſignum eſt, vt ei pariter adſint & proprietas & veritas reiipſius. vnde dicit nos illud non tantùm corde intelligere, ſed etiam ore fideli ſumere, nimirum corpus & ſanguinem Chriſti. Si enim Auguſtinus

Cap. 9.

Vide ſuprà pag. 40. & 47.

de mero

de mero ſigno ore ſumendo loqueretur, certè iam nulla apparens cauſa aſsignari poſſet, cur horribilius videatur, humanam carnem edere quàm perimere, cum paſsim panes in figuram hominum effigiatos ſine vllo horrore manducent pueri. Recenſet autem Auguſtinus inter figuratas locutiones, edere carnẽ & bibere ſanguinem domini: quia ea non propriè ſic ſumuntur in alimentum, atque caro quæ dilaniatur, & vinum quod in multas partes diuiditur. Integra enim manent, & ab omni corruptione aliena perſeuerant. Eum imitatus Leo, rectiſsimè dixit: Hoc ore ſumitur, quod corde creditur: omnino his verbis Artopæo contradicens.

Ser. 6. de ieiunio 7 menſis.

Allegat deinde Cyprianum ex ſermone de cœna dñi, dicẽtem nos non acuere dentem, ſed tantùm ſyncera fide panem frangere & manducare. Ita nempe pro ſuo libitu verba illius citat: ſed non ſic dicit ſermo ille. Hæc (gratiarum actio, & cætera) in Chriſti cõmemoratione, inquit, retractantur à fidelibus & defecatis animis: carnis eius edulium non eſt horrori, ſed honori, potuq́ue ſancti & ſanctificantis ſanguinis ſpiritus delectatur. Hæc quoties agimus, non dentes ad mordendum acuimus, ſed

fide

fide ſyncera panem ſanctum frangimus & partimur, dum quod diuinum & quod humanum eſt, diſtinguimus & ſeparamus, itemq; ſimul ſeparata iungentes, vnum Deum & hominem fatemur. Non dicit hîc Cyprianus, tantùm fide ſumi Chriſti corpus, ſed dentes nō acui à nobis ad mordendum. Dentes autem acuere nō dicitur, qui aliquid ore ſumit, ſed qui vt guſtum oblectet, & corpori vel indulgeat, vel neceſſaria voluptuosè ſubminiſtret, ſeſe ad ſumendum cibum præparat auidè. Sed quæ eſt hęc ineptia, Artopęum hinc patrocinium emendicare, vbi quàm fieri potuit lucidiſsimè traditur, corpus Chriſti in euchariſtia corporaliter ſumi? Dominus, inquit, vſq; hodie hoc veraciſsimum & ſanctiſsimum corpus ſuum creat & ſanctificat & benedicit, & piè ſumentibus diuidit. Rurſus: Lex eſum ſanguinis prohibet, euāgelium præcepit vt bibatur. Friuolum eſt hoc Cypriane quod ais, ſi per metonymiā loquaris. Et iterū: Panis iſte quem Dominus diſcipulis porrigebat, non effigie, ſed natura mutatus omnipotētia verbi factus eſt caro. Ad hæc quaſi ſatisfacturus Artopæus, non admittit eſſe Cypriani ſermonem: quod & nos confitemur. Verùm ſi

Cyprian.

Cypriani

Cypriani non ſit, Chriſtiani non eſt? Illius eſt, quem ſub nomine Cypriani pro ſe citant, cum apertè conterat figmēta eorum. Illa verò planè inepta eſt reſponſio Artopæi, ſermonem hîc eſſe de mutatione ſacramentali: quum nemo non qui latinè intelligat, manifeſtiſsimè contrarium in ipſis verbis legat, ſcilicet, panem mutari natura, non effigie: ac etiā duplicem innui mutationem, vnam quidē qua res effigie non natura mutatur: vt cùm aliqua res nigra dealbatur: alteram verò, qua res iuxta naturam ſuam mutatur. Cuiuſmodi mutatio

Joan. 2. fuit in nuptijs in Cana Galileæ, vbi dominus aquam in vinum mutauit. Priorem negat in hoc ſacramentum competere, poſterioremq́; ponit. Si de mutatione ſacramentali eſſet ſermo, haud dubiè debuiſſet & effigies dici mutari ſacramētaliter, æquè ac natura panis mutatur. Callidè autem pro eo quod author ille ſermonum de cardinalibus operibus Chriſti (tanquam Cyprianus citatus) dicit, panem mutari natura, ſuppoſuit Artopæus, naturā panis mutari, vt faciliùs imaginatio ſacramentalis mutationis inde cōciperetur: cum hęc oratio, Panis mutatus natura (vbi non natura panis mutari dicitur, ſed panis mutari ſecundùm

cundùm naturam) apertam indicet naturæ ipſius mutationem, non ſigni. Nam vbi dicitur aliquid mutari natura ſeu ſecundùm naturam, indicatur mutatio nō ſecundùm aliud quàm ſecundùm naturam. Sic etiam quod addit idem ille author, omnipotētia Verbi hanc mutationem factam: ad eandem ſuam mutationem trahit Artopæus, qua ſcilicet res aliqua ſignum efficitur: non conſiderans (quātumuis ſibi videatur acutus) ad rem tantillam conficiendam diuina omnipotentia opus non eſſe, niſi quemadmodum ad omnia ea quæ naturali virtute facilimè poſſumus, ea opus eſt. Et nihil Artopæum iuuat, quod poſt illa verba ibidem ſequitur: Et ſicut in perſona Chriſti humanitas videbatur, & latebat diuinitas, ita ſacramento viſibili ineffabiliter diuina ſe infundit eſſentia. Nam non dicit: Sicut in Chriſto ſunt duæ naturæ, diuina & humana, ita in hoc ſacramento eſt Chriſti corpus & panis: ſed, ſic videri hîc ſacramentum, & latére coniunctam diuinitatem, ſicut in Chriſti perſona videbatur humanitas, & latebat diuinitas. quod vtique vêriſsimum eſt: quoniā videmus accidentia panis ſiue ipſum Chriſti corpus, prout accidentibus panis velatum eſt, & diuinitatem

atem eius non videmus. Cum addit Artopæus:[Quarè,ſicut in Chriſto manſerunt duæ naturæ, ita & in hoc ſacramento ſeruantur]ſui prorſus videtur oblitus. Si enim duæ naturæ ſunt in hoc ſacramento ſicut in Chriſto, igitur qui panem illum ore edit,Chriſti corpus ore edit, aut Deũ Verbum:ſicuti ſcilicet qui hominem illum (Chriſtum puta)crucifigebãt, Deum crucifigebant.ac ita,non fide ſolùm ſed & ore ſumi corpus Chriſti, iam concedat neceſſe
Pag. 133. eſt.Quæ ex Cypriani epiſtola 3. libri 2. affert,iam anteà explicata ſunt. Quapropter ad Irinæum tranſeamus.

Li.4.c.34 Ex Irinæo recitat: Quemadmodum qui eſt à terra panis, percipiens vocationem Dei iam non communis panis eſt, ſed euchariſtia,ex duabus rebus,terrena & cœleſti: ſic & corpora noſtra percipientia euchariſtiam, iam non ſunt corruptibilia, ſpem reſurrectionis habentia. [Hinc, inquit,colligimus,ſic mutari panem in euchariſtiam ſiue corpus Chriſti, prout corpora noſtra mutantur fiuntque incorruptibilia:In qua mutatione cùm non abijciatur ſubſtantia noſtrorum corporum, nec panis ſubſtantiam abire ſtatuendum eſt. Quapropter dicit euchariſtiam cõſtare ex duabus

duabus rebus,terrena & cœleſti, manifeſtiſsimè ſignificans panem manere.] Nos verò in hoc dicimus conſiſtere ſimilitudinem Irinæi, quòd quemadmodum panis per conſecrationem non eſt communis panis ſed euchariſtia, conſtans ex re terrena & cœleſti:ita corpora fidelium,quæ perceperint euchariſtiam, depoſita in terram ſeu in eam reſoluta,iam nō ampliùs erunt puluis & cinis ob ſpem reſurrectionis, per quam videlicet pulueris cineríſque ſubſtantia mutabitur in humanam carnem cœleſti incorruptione & integritate donatam:quarè, vt in reſurrectione puluis in carnem, ita in conſecratione panis vinumq; trāſeunt in carnem domini & ſanguinem. Fallor,niſi ipſe libro quinto(agēs contra eoſdem illos, aduerſum quos libro 4.cap.34.egerat,negantes carnem eſſe capacem incorruptionis) præcipuè attendat mutationem qua caro iam in puluerem redacta ex puluere ipſo reparabitur, præmiſſo quòd caro noſtra nutriatur corpore & ſanguine Chriſti. Et quēadmodū, inquit, lignum vitis depoſitū in terra,ſuo fructificat tempore, & granum tritici decidens in terram & diſſolutum multiplex ſurgit,per ſpiritum Dei qui continet om- Li. 5. circa principium.

V nia,

nia, quæ deinde per ſapiẽtiam in vſum hominibus veniunt. * & ſanguis Chriſti: ſic & noſtra corpora ex * ea nutrita & repoſita in terram, & reſoluta in ea, reſurgent in ſuo tẽpore, verbo Dei eis reſurrectionem donante in gloriam Dei patris. Et iterum nõ multo infrà. Multo difficilius & incredibilius eſt, ex non exiſtentibus oſsibus & neruis & venis & reliqua diſpoſitione quæ eſt ſecundùm hominem, facere ad hoc vt ſit; & quidem animalem & rationalem facere hominem, quàm quod factum eſt, & deinde ſolutum eſt in terram, propter cauſas quas prædiximus, rurſus redintegrare, licet in illa ceſſerit, vnde & initio eum qui non erat fecit vt eſſet, quãdo voluit: multo magis eos qui iam fuerunt, rurſus reſtituet volens, in eam quę ab eo datur vitam.

* Deeſſe videtur hîc: Et fiunt ex pane & vino corpus.

* fortè eis

1. Cor. 15

Rurſum: Et tu quod ſeminas non viuificatur, niſi priùs moriatur. Quid eſt autem quód vt granum tritici ſeminatur & putrit in terra, niſi corpora quæ in terra ponuntur, in qua & ſemina iactantur? & propter hoc dixit, Seminatur in ignobilitate, ſurgit in gloria. Quid enim ignobilius carne mortua, vel quid iterum glorioſius ſurgente ea, & percipiente incorruptelam? Seminatur in infirmitate, ſurgit in virtu-

te:in infirmitate ſua, quoniam cum ſit terra,in terram vadit:virtute autem Dei, qui eam ſuſcitat à mortuis, ſeminatur corpus animale,& ſurgit corpus ſpirituale. Indubitatè docuit, quoniam neque de anima, neque de ſpiritu ſermo eſt ei,ſed de mortificatis corporibus.Hæc ſunt enim corpora animalia,id eſt,participantia animæ,quam cùm amiſerint,mortificantur. Deinde per ſpiritum ſurgentia fiunt corpora ſpiritualia,vti per ſpiritum ſemper permanentem habeant vitã. Ex his omnibus Irinæi verbis ſatis perſpicuum arbitror,Irinæum docere puluerẽ in quem corpora noſtra ſunt reſoluta, ſic mutandum in corpora incorrupta, vti nunc panis terrenus in corpus Chriſti incorruptum. Iam,quod ait eucharistiam conſtare ex duabus rebus, terrena & cœleſti,accipiatur eó ſenſu dictum, quòd euchariſtia verè ex terrena re, nẽpe pane tanquam materia tranſeunte ſecundùm ſuam ſubſtantiam, remanente verò ſecundùm accidentia,conficiatur: quemadmodum noſtra corpora ex quatuor elementis compoſita dicuntur. Et, ſicut Cyprianus ait, corpus domini non eſt farina ſola, aut aqua ſola, niſi vtrunque fuerit adunatũ & copulatum, & panis vnius Epiſt.3. li.2.epiſt.

compage ſolidatum. Porrò optimè conuenit hæc comparatio carni reſurgenti, conſiſtenti nempe ex terra & corruptibilibus elementis alijs (veluti materia tranſeunte quidem, ſed tamen qualitates nonnullas relinquente) & ex cœleſti: quia ipſa carnis ſubſtantia, cœleſti & ſpiritali virtute donata eſt, ſicut euchariſtia conſtat re cœleſti, quia corpus domini eſt: non quidē ſine omni re terrena, ſed adhuc panis qualitatibus velatum. Sic enim & caro noſtra res erit ſpiritali virtute donata, ſimul tamen retinens aliquas terræ & aliorum elementorum conditiones.

Tertullianum quoque adducit Artopæus, dicens: [Tertullianus item libro primo contra Marcionem ait, Deum panem creaturam ſuam non abieciſſe, quandoquidem illo corpus ſuum repræſentauit.] Tertullianus oſtendit Chriſtum non eſſe contrarium creatori corporalis mundi, quandoquidem in ſacramentis ſuis, rebus corporalibus à creatore factis vtitur. Hoc, inquam, contra Marcionem agens, nihil prorſus de permanentia panis in Euchariſtia cogitat. Sed ille quidem, inquit, vſque nunc nec aquam reprobauit creatoris qua ſuos abluit, nec oleum

Lib. 1. cōtra Marcionem.

oleum quo ſuos vngit, nec mellis & lactis ſocietatem qua ſuos infantat, nec panem quo ipſum corpus ſuũ repræſentat, etiam in ſacramẽtis proprijs egẽs mẽdicitatibus creatoris. Quid porrò vox, Repræſentat, ſignificet, ſuperiùs eſt expoſitum, ſimulq́; eiuſdem Tertulliani verba, quæ depromũt contra nos ex libro 4. contra eundem.

Pag 101, & 109.

Ad Ambroſij verba, ex libro de ſacramentis petita veniamus: iam enim ſuprà reſponſum eſt ad prolata ex commentario ei aſcripto in epiſtolas Pauli. [Nec iſtis, inquit Artopæus, aduerſatur quod citant ex quarto libro de ſacramentis: vt interim demus hos libros Ambroſij eſſe. Si tanta vis eſt in ſermone domini Ieſu (inquit autor ille) vt inciperent eſſe quæ non erant, quanto magis operatorius eſt, vt ſint quæ erant, & in aliud commutentur? Hæc verba tantum abeſt vt nobis aduerſentur, vt etiam ſententiam noſtram confirment. Ait enim ſermonem domini operatorium eſſe, non vt euaneſcant quæ erant, ſicut fit in monſtroſa iſta tranſubſtantiatione, ſed vt ſint quæ erant, & in aliud commutentur: videlicet vt corpus & ſanguis Chriſti fiat, id eſt, ſacramenta corporis & ſanguinis Chriſti, quæ antè non erant.] Vſqueadeò

Pag. 98.

perfrictæ frõtis eſt Artopæus, vt putet neminem fore, qui Ambroſium ſemel inſpiceret. Perpende, candide lector, an vt declaretur panem fieri ſignum corporis domini, in medium proferri debeat (velut quiddam euẽtu difficilius ac incredibilius re hac tam facili) ex nihilo omnium rerum creatio, ac, eius ſermone fieri conſecrationem, cuius ſermone ex nihilo creata ſunt vniuerſa? Videatur, obſecro, num ad confirmandum quod dicit Caluinus, panem fieri ſignum corporis Domini, in medium debuit adduci velut rei huius confirmatiuum, quòd homo ex veteri nouus fiat in baptiſmo? item, an ea de cauſa operæprecium fuerit tot exempla citare, vbi naturæ ordo prætermiſſus eſt, & contra illum operata eſt gratia? Sanè vt res aliqua manens immutata fiat ſignum rei alterius, nulla opus eſt curſus naturalis interruptione. O quàm ſuperfluus verbis, quàm ſuperſtitioſus fuit Ambroſius, ſi rem factu adeò facilem perſuaſurus, tam verbosè cuncta illa quondam à Deo edita portenta allegauit? Siquidem libri 4. de ſacramentis cap. 4. quatuor adfert exẽpla, in quibus ſermo Chriſti mutat curſum

Matth. 1. naturæ. Primùm, virginem de Spiritu ſancto ge-

ℰto generaſſe dominum Ieſum Chriſtum: ſecundò, mare rubrum per virgam Moyſis diuiſum fuiſſe: tertiò, immiſsione ligni in aquam per eundem Moyſen dulcoratas aquas amaras: quartò, immiſsione ligni in aquas per Heliſæum, nataſſe ferrum. Accipe, inquit, quemadmodum ſermo Chriſti creaturam omnem mutare conſueuerit, & mutat quando vult inſtituta naturæ etc. Eodem capite inducit qui ſibi obijciat: Sed fortè dicis, ſpeciem ſanguinis non video, ſed habet ſimilitudinem. Deinde cauſam reddens, cur ſanguinis ſpeciē non habeat: Sicut, inquit, mortis ſimilitudinē ſumpſiſti, ita & ſimilitudinem pretioſi ſanguinis bibis, vt nullus horror cruoris ſit, & pretiū tamen operetur redemptionis. Vbi vtique nugatus eſt Ambroſius, ſi rationem reddēs cur ſpeciem ſanguinis non habeat, hancq; aſsignans, Ne horror ſit cruoris, non putauerit reuera cruorem eſſe. Eandem habet & lib. 6. quòdq; à nobis vera caro ita editur in aliena ſpecie, ſicut Ieſus eſt verus & naturalis filius Dei: dicēs rurſus de ſermone Chriſti: Qui operatur vt poſsit mutare, & cōuertere generalia inſtituta naturę. Libri verò de ijs qui myſterijs initiantur, capite 9. cū iam dictis naturæ mutationibus

Exod 14. Exod. 15. 4. Re. 6. Cur ſanguis Chriſti in ſacramēto, ſanguinis ſpeciē nō habeat. cap. 1.

recenſet & alias: virgæ in colubrum, & contrà, colubri in virgam: Nili fluuij in ſanguinem: quòd Iordanis conuerſus eſt retrorſum, aqua manauit è petra, ignis è cœlo iubente Helia deſcendit. Ac tandem: Quantis, inquit, vtimur exemplis, vt probemus non hoc eſſe quod natura formauit, ſed quod benedictio conſecrauit, maioremque vim eſſe benedictionis quàm naturæ, quia benedictione etiam natura ipſa mutatur?

Senſum autem verborum quę deprauat Artopæus, ſatis ipſemet expreſsit hoc eodem capite 9. de his qui myſterijs initiantur, dicens: Sermo Chriſti qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non poteſt ea quæ ſunt in id mutare quod non erant? Nõ enim minus eſt, nouas rebus dare, quã mutare naturas. Et paulo antè: Quòd ſi tãtum valuit ſermo Heliæ vt ignem de cœlo deponeret, non valebit ſermo Chriſti, vt ſpecies mutet elementorum? Ecce, hîc ait mutari naturã ſicut creata eſt natura. ecce, dicit mutari ſpecies elementorum: quod proculdubio nõ aptè explicàtur per mutationẽ quæ fit ſignificationẽtenus (hoc eſt, qua fit vt hîc ſignificatio iam eſſe incipiat, quæ priùs nõ aderat) permanẽte natura & ſpecie

ſpecie elementi. Cùm igitur dicit Ambroſius ſermonẽ Chriſti eſſe operatorium vt ſint quæ erant, & in aliud commutentur:non ſentit Chriſtum agere vt panis maneat panis,& in aliud cõmutetur, hoc eſt, in ſignum,ſed,Chriſti ſermonem efficere,vt panis & vinum quæ ſunt ante cõſecrationem,ſint,exiſtãt,atq; permaneãt, non quidem per ſubſtantiam ſuam,ſed ſecundùm id in quod mutantur: Vt, inquit, in aliud commutentur. Illa particula, Vt ſint,cõtra annihilationẽ ponitur : perinde ac ſi dixiſſet, Ex nihilo fecit omnia, quãto magis poteſt ſermo Chriſti, rem quæ iam extat,non in nihilum redigere vt non ſit quicquã,ſed potiùs,vt adhuc aliquo modo permaneat operari? dum ſcilicet mutatur in aliud,ſiue(quod idem eſt) dum ſecundùm ſpecies manet. Certè, etiam iuxta Artopæum, ſermo Chriſti: Hoc eſt corpus meum,non operatur vt ſubſtantia panis maneat:quandoquidem id habet ex prima naturæ inſtitutione. Iuxta catholicam fidem verò efficit ſermo ille vt panis mutetur in Chriſti corpus,& corpus Chriſti ſuſtentet ſpecies & accidẽtia panis, quæ alioqui etiam cum pane fuiſſent tranſitura:ideóq; rectè dicitur facere, vt panis ſe-

cundùm

cũdùm corpus Chriſti, quod eius reſeruat proprietates, maneat, ſiue vt ſpecies panis maneát cum dicto corpore. Ambroſium porrò, cum meminit ſermonis aut verborũ Chriſti, ea verba dñi putare: Hoc eſt corpus meũ, ex capite 5. patet. Quòd ſi putet Artopęus dominũ alio ſermone operari vt ſint quæ erant, nempe primæ inſtitutionis omniũ rerũ, alio vt in aliud commutentur, nimirum cõſecrationis, ipſe viderit. Attamen hanc torturam non patientur verba Ambroſij, cùm ſicut vna eſt operatio facere aliquid ex nihilo, ita & vna ſit Ambroſio facere vt ſit quod erat, & in aliud cõmutetur. Hoc in eo loco Ambroſij animaduetendum, Lanfrancum teſtari quædam exemplaria ſic habere: Vt quæ erant, in aliud commutẽtur: loco eius quod hodierna habent exemplaria: Vt ſint quæ erant, & in aliud commutentur.

Quia verò Artopæus (poſt Oecolampadium) dubium vult eſſe, an Ambtoſij ſint libri de ſacramentis, vnde non pauca pro veritate teſtimonia produximus: oſtẽdere ac confirmare oportet Ambroſij eſſe, alibique Ambroſium docere id, quod his in libris docet. Et quidem eiuſdem eſſe opus librum de ijs qui myſterijs ini-

tiantur

tiantur, cuius libri de patriarchis, arca & Noe, Abraham & Iacob, etc. ſatis liquet ex exordio libri de ijs qui myſterijs initiantur: vbi ait author, ſe de moralibus habuiſſe ſermonem, dum tractaret prophetarum geſta, & prouerbiorum præcepta.

Libros verò de patriarchis Ambroſij eſſe, abundè ac ſolidè probat, quòd Auguſtinus libro primo contra Iulianum capite 9. ex eis vt Ambroſij citet varias ſententias. Allegat caput ſeptimum libri de Iſaac & anima: caput vndecimum Apologiæ Dauid: caput nonum libri Tobiæ. Item libro ſecundo capite 2. contra eundem Iulianum, caput ſecundum libri de Arca & Noe: & capite quinto, librum de Iſaac & anima, librumque de paradiſo. Ergo & liber de ijs qui myſterijs initiantur Ambroſij eſt: quod propoſito noſtro ſatis eſt. Nam qui & illum legerit & libros de ſacramentis, ſi minimum quid iudicij habeat, fatebitur omnes eundem habere authorem: vtpote qui ſibi mutuò ſunt planè ſimiles. Si quid ad hæc amplius requiras, lector, expende quæſo illum ſcripturæ locum: Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet, tractatum capite ſexto libri de initiandis, & capite primo tertij Ioan. 13.

mo tertij de ſacramentis: deinde confer cum citatis ab Auguſtino verbis Ambroſij, libro quarto contra duas epiſtolas Pelagianorum capite 11. & capite 3. libri 1. contra Iulianum. Præcipuè verò conſideretur totus ille locus Pſalmi 48. Iniquitas calcanei mei circundabit me, tractatus ab Ambroſio in expoſitione eiuſdem Pſalmi. Hinc etenim facilè agnoſcetur, idem omnino ingenium, ac ſimilis hîc & ibi tractatio. Expẽdatur inſuper locus de Melchiſedech tractatus capite octauo de initiandis, & tertio libri quarti de ſacramentis, cum quinto capite libri tertij de fide: eundem vbique audies Ambroſium. Deinde, ſicut Ambroſius ſcribens in Pſalmum 118. & capite quinto primi libri de Cain & Abel, & de Iſaac & anima, admiſcet plurima ex Canticis: ita & in libro de initiandis capite ſeptimo & 9. item libro quinto de ſacramentis capite 2. & 3. Poſtremùm, nota eius conſuetudinem eſſe quæ vno loco tractauerit, alibi (vbi alioqui ſe offerret opportunitas de eis dicendi) omittere ac præterire. Vnde in commentarijs ſuper Lucam, neque de cœnæ verbis, neque de oratione dominica quicquam dixit: quod in his libellis id ſe

feciſſe

feciſſe ſciret. Scio Auguſtinum dicere, capite 2. ſecundi retractationum, Ambroſium ſcripſiſſe librum de ſacramentis, ſiue prophetia: at non hos libros putat, ſed quendam qui intercidit: quem opinor Ambroſium ſcripſiſſe de figuris veteribus atq; propheticis: eo quòd in his eius libellis de ſacramentis, non legimus quid ſenſerit de ætate Hieremiæ atque Platonis: quod tamen his libris explicatum ab eo, aſſerit Auguſtinus. Scripſit Ambroſius & librum de ſacramento regenerationis ſiue de philoſophia (quem citat Auguſtinus cap. 6. & 8. libri contra Iulianũ) ſed nec ille eſt inter hos libellos. Oecolápadius tribuit hos libellos cuidã Saloë: idq́ue idcirco, ni fallor, quòd Gennadius in catàlogo dicat Saluianum Maſsilienſem ſacramentorum homilias habuiſſe ad populum, quantas neç recordatur Gennadius. Sed effugium qualecunque quæſiuit Oecolampadius, Ambroſij verbis arctè nimium conſtrictus. Et eius iudicium cum ratione cõtemnitur, cùm ſine ratione prolatum legatur. Pergamus itaq;, eoſq́ue locos ex alijs eius libris afferamus, vbi Sacramentarijs contrarius eſt: vt fruſtrà eos intelligas pro extrema ſui defenſione negaſſe,

gaſſe, Ambroſij eſſe libellos de ſacramen-
Serm. 15. ad verſ. 4. Pſalm. 118. ti. Si, inquit, infirmus es, fidelis tamen, ſolicitus eſt pro te Chriſtus. Dicit ad diſcipulos: Date illis vos mãducare ne deficiant in via. Habes Apoſtolicum cibum, manduca illum & non deficies. Illum autẽ manduca, vt poſteà venias ad cibũ Chriſti, ad cibũ corporis dominici, ad epulas ſacramẽti, ad illud poculũ quo fidelium inebriatur affectus, vt lætitiã induat de remiſsione peccati: curas ſeculi huius, metũ mortis, ſolicitudineſq; deponat. Hac ergo ebrietate corpus nõ titubat, ſed reſurgit: animus nõ cõfunditur, ſed conſecratur. Item alibi: San-
Serm. 8. verſu 6. ctus Moſes propheta, vt hoc præueniret tempus, ac ſine Hebræorum fraude tranſiret, agnum antè immolauit, hoc eſt, veſperi, vt manducantes eũ, & paſcha domini celebrantes, nõ occuparẽtur exterminatoris inſidijs, ne inermes & vacuos ſpiritalis alimẽti nocturna ſpicula tenebroſi hoſtis opprimerẽt. Hęc diligẽter intẽde, prudẽter intellige, ſolicitè require. Nõ pfunctoriè iſta dicũtur, ſed diuina tibi myſteria declarantur. Præueni & tu inſidias tentatoris, inſtaura priùs cœleſte conuiuium. Indictum eſt ieiunium, caue ne negligas. Et ſi te fames quotidianum cogit ad prandium, vt intempe-

intemperantia declinet ieiunium, tamen cœleſti magis te ſeruato conuiuio. Non epulæ paratæ extorqueant, vt cœleſtibus ſis vacuus ſacramentis. Differ aliquantulùm, non longè finis eſt diei: imò pleriq́ue ſunt eiuſmodi dies, vt ſtatim meridianis horis adueniendum ſit in Eccleſiam, canendi pſalmi, celebranda oblatio. Tunc vtique paratus aſsiſte, vt accipias tibi munimentum, vt corpus edas domini Ieſu, in quo remiſsio peccatorum eſt, poſtulatio diuinæ reconciliationis & protectionis æternæ. Suſcipe antè dominum Ieſum tuæ mẽtis hoſpitio. Vbi corpus eius, ibi Chriſtus eſt. Cùm hoſpitium tuum aduerſarius viderit occupatum cœleſtis fulgore præſentiæ, intelligens locum tentamentis ſuis interclusum eſſe per Chriſtum, fugiet ac recedet. Item ſermone 18. verſu 5. in pſalmum 118. Dicit populus nationum ille in prima electione deſpectus, rudis adhuc fide, & ſtudio primæuæ deuotionis adoleſcens, vel certè renouatus aquilæ iuuentute per baptiſmatis ſacramenta: Iuuenis ego ſum & deſpectus, iuſtificationes tuas non ſum oblitus. Ille ego deſpectus antè, iam præferor, iam anteponor electis. Ille antè deſpectus populus peccatorum, habeo Idem.

habeo cœleſtium ſacramentorum venerãda conſortia. Iam menſæ cœleſtis honore ſuſcipior, epulis meis non pluuia vndatur, non terræ partus laborat, non arborum fructus. Potui meo non flumina quærenda, non fontes. Chriſtus mihi cibus, Chriſtus mihi potus. Caro Dei cibus mihi, & Dei ſanguis eſt potus. Non iam ad ſatietatem mei annuos expecto prouentus, Chriſtus mihi quotidie miniſtratur. Non verebor ne qua mihi cœli intemperies, aut ſterilitas ruris immineat, ſi pij cultus diligentia perſeuerat. Non iam coturnicum plumas mihi opto deſcendere, quas antè mirabar. Non manna, quod antè cibis omnibus præferebam: quia qui manna mãducauerunt patres, eſurierunt. Meus cibus eſt, quem ſi quis manducauerit, non eſuriet. Meus cibus eſt, qui non corpus impinguat, ſed confirmat cor hominis. Fuerat mihi antè mirandus panis de cœlo. ſcriptum eſt enim: Panem de cœlo dedit eis manducare. ſed non erat verus ille panis, ſed futuri vmbra. Panem de cœlo illum verum ſeruauit mihi pater. Mihi ille panis Dei deſcendit de cœlo, qui vitam dat huic mundo. Non Iudæis deſcẽdit, non ſynagogæ deſcendit, ſed Eccleſiæ

deſcendit,

deſcẽdit,ſed populo Dei iuueniori deſcendit. Idem habet in Pſalmum 38. quod ſuprà allegatum eſt. Et capite 9.lib.de benedictionibus patriarcharum: Huius pinguis panis:quem qui mãducauerit, eſurire non poterit.hunc panem dedit Apoſtolis vt diuiderent populo credẽtium, hodieq; dat nobis,quẽ ipſe quotidie ſacerdos conſecrat ſuis verbis.Hic ergo panis factus eſt eſca ſanctorum. Similiter alibi: Agnoſco auro infuſum ſanguinem Chriſti, non ſolùm irrutilaſſe, verumetiam diuinæ operationis impreſsiſſe virtutẽ redemptionis munere. His locis clarùm eſt, Ambroſium docuiſſe in euchariſtia corpus Chriſti præſens eſſe per ſacerdotis conſecrationem & miniſtrari ex altari, longè aliter quàm per apoſtolicam prædicationem vel mána aut agnũ paſchalem miniſtratur: ita videlicet,vt per communionem occupet Chriſtus cœleſtis pręſentiæ fulgore hoſpitium noſtrum. Idem. Li.2.offic.c.28.

Deinceps profert Artopæus verba Auguſtini ex lib.3.contra Maximinum:[Hæc enim ſacramenta ſunt,in quibus non quid ſint, ſed quid oſtendant, ſemper attenditur: quoniam ſigna ſunt rerum, aliud exiſtentia,& aliud ſignificantia.]Locum to- Cap.22.

tum legamus: vnde etiá cognoſcetur quid pronomé demõſtratiuũ (hæc) demonſtret: quod turpiter tacet Artopæus. Scrutare, inquit Aug. ſcripturas canonicas, veteres & nouas, & inueni ſi potes, vbi dicta ſunt aliqua: Vnũ ſunt, quæ ſunt diuerſæ naturę atq; ſubſtãtiæ. Sanè falli te nolo in epiſtola
1. Ioan. 5. Ioannis Apoſtoli, vbi ait: Tres ſunt teſtes, ſpiritus, aqua, & ſanguis, & tres vnũ ſunt: ne fortè dicas ſpiritum & aquá & ſanguinem diuerſas eſſe ſubſtãtias, & tamé dictũ eſſe: Tres vnũ ſunt. Propter hoc admonui nę fallaris. Hæc enim, ſacramenta ſunt, in quibus non quid ſint, ſed quid oſtendant ſemper attenditur: quoniam ſigna ſunt rerũ aliud exiſtẽtia, & aliud ſignificantia. Si ergo illa quæ his ſignificantur intelliguntur, ipſa inueniuntur eſſe vnius ſubſtãtię: tanquam ſi dicamus, Petra & aqua vnum ſunt, volétes per petram ſignificare Chriſtum, per aquam Spiritum ſanctum: quis dubitat Petram & aquam diuerſas eſſe naturas? Sed quia Chriſtus & Spirit9 ſanctus vnius ſunt eiuſdemq; naturæ, ideo cũ dicitur: Petra & aqua vnum ſunt, ex ea parte rectè accipi poteſt, quia iſtæ duæ res, quarum eſt diuerſa natura, aliarũ quoq; ſigna ſunt rerum, quarũ eſt vna natura. Hæc ibi

Auguſti-

Auguſtinus. Non agit peculiariter de Eucharistia, ſed quibuſuis ſignis ſacris: dicẽs in omnibus ſignis ſemper attendi quid deſignent, non autem ſemper quid ſint. Deinde probat tria illa, Spiritus, aqua, & ſanguis, ſacramenta eſſe, quia ſignificant res, ſuntque aliud & aliud ſignificant. Nõ autem vult, in ſignis nunquã attendi quid ſint, vel quòd ſigna aliud ſemper ſint & aliud ſignificent: quoniam ſuprà ex eius libro tertio de Trinitate oſtendimus, Chriſtum in Iordane ſignaſſe filiũ Dei: & Euchariſtiæ ſacramentum ſignificare & eſſe corpus & ſanguinẽ domini. quanquã etiã verũ ſit, rẽ aliquã vt ſignat, ratione à ſeipſa differre vt ſignatur, quemadmodũ anteà declaratũ eſt. Afferuntur & ex capite 5. tertij de doctrina Chriſtiana hæc verba: Ea demũ eſt miſerabilis animæ ſeruitus, ſigna pro rebus accipere, & ſupra creaturã corpoream oculum mentis ad hauriendũ ęternum lumen leuare non poſſe. Quorſum verò, neſcio: cùm hoc dixerit Auguſtinus de legis Moyſaicæ cæremonijs, contra illos qui ſignum amplectuntur, velut res eſſet quòquam non referenda, aut nil ſignificans. Sanè non latet Catholicos, Euchariſtiam ita ſignum eſſe domi-

Pag. 21.

Pag. 97. & 98.

nici corporis, vt & illud ipſum corpus eá eſſe agnoſcant. Proinde, vt Iudæi, ſignum pro re nõ accipiunt. Rem enim eá dicunt, quatenus ſubſtantia quædá eſt, ſignũ verò, quatenus ſpeciebus panis tegitur: Sicut Ieſus ipſe & res eſt, Dei filius, & ſignum filij Dei: res quidem ratione perſonæ, ſignum verò ratione viſibilis naturæ humanę, qua conſpicuum ſe præbet Dei filius oculis carnis. Prætereà, oculos mentis erigunt ſuprà creaturam corpoream ad contemplandum æternum lumen: quum non ſiſtant in externis panis & vini ſpeciebus, ſed ſub illis fateantur corpus & ſanguinem domini Ieſu occultari, quæ non cernunt: ſicuti qui videbãt Ieſum in humana ſpecie, & credebant eum eſſe Deum, oculos mentis ſupra naturam corpoream erigebant.

Cap. 8. Allegatur impudentiſsimè Heſichius, ex libro 2. ſuper Leuiticum: quum luce meridiana clariùs affirmet, quæ videntur in altari debere intelligi eſſe corpus domini, & cogitandum ſpiritui eſſe poſsibilia, quæ nobis videntur impoſsibilia: fieriq́ue à ſenſibilibus ad inſenſibilia tranſlationem ac commutationem, idq́ue per magnum miraculum Chriſti, quod excedit omnem humanum ſenſum. Verbane eius placet

Ex epiſt. 40. lib. 9. Regiſtri, apparet Gregorio papæ fuiſſe cõtẽporaneus: et latinê ſcripſit.

placet audire? Quomodo ergo, ait, in his non admiranda ſit ſapientia ſpiritus? nullam quippe dubietatem huiuſmodi intellectui dereliquit: propterea carnes cum panibus comedi præcipiens, vt nos intelligeremus illud ab eo myſterium dici, quod ſimul panis & caro eſt, ſicut corpus Chriſti panis viui, qui de cœlo deſcendit. Propter quod Heliæ (ſecundùm 70. editionem) carnes manè, panes autem veſperi deferebant corui supernè: præfigurare hoc myſterium domino volente, quod intus oportet in Eccleſia, in loco ſancto, id eſt, ad altare, coqui & comedi: alibi verò nequaquam. Item eodem libro & capite: Sed, inquit, hoc quod reliquum eſt de carnibus & panibus, in igne incendi præcepit. Quod nũc videmus etiã ſenſibiliter in Eccleſia fieri ignique tradi quæcunque remanere contigerit inconſumpta, non omnino ea quæ vno die vel duabus aut multis ſeruata ſunt: (ſicut enim apparet, non hoc legiſlator præcepit) ſed quod reliquum eſt, incendi iubet. Dies autem non commemorauit, vt quæcunque, cuiuſcunque rei cauſa emergente, remanſerint inconſumpta (id eſt, vt ſatis indicant ſequentia verba, incon-

3. Reg. 17

Cũ calix effuſus fuerit vel euomita euchariſtia, exuri ſolent ea ſuper quę vel ſanguis effuſus fuiſſet vel eiectũ corpus domini.

ſumptibilia ſiue ineſibilia: vt quando putruerunt vel euomuntur ſpecies ſacramenti) ſiue tempus in cauſa ſit, ſiue quid aliud fuerit, ignis opus & conſumptio fiat. Ergo & hoc quod agitur ſenſibiliter, ſignificatio cuiuſdam intelligibilis rei, eis qui intendunt, prouenit: vt quando à comeſtione ſacrificij deficimus, & comedere illud integrè non poſſumus: mente forſan laſſeſcente, ſiue deficiēte, vtrum ea quę videntur, corpus oporteat intelligi domini, in quod oculis nec angeli poſſunt proſpicere: non relinqui ſed etiam tradi ea igni oportet ſpiritus, vt ea comedat quæ nobis ſunt ex infirmitate ineſibilia. Quomodo autem comedat? quum cogitauerimus virtuti ſpiritus eſſe poſsibilia ea quæ nobis impoſsibilia vidētur. Rurſum: Sancta ſanctorum ſunt propriè Chriſti myſteria: quia ipſius eſt corpus de quo Gabriel ad virginem dicebat, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obumbrabit tibi, ideo quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. Ab hoc non ſolùm alienigenas & inquilinos & mercenarios ſacrificio prohibuit, ſed nec per ignorantiam percipere præcepit. Per ignorantiam autem percipit, qui virtutem eius & dignita-

Libro 6. cap 22. Lucæ 1.

dignitatem ignorat,qui neſcit quia corpus hoc & ſanguis eſt ſecundùm veritatem,ſed myſteria quidem percipit,neſcit autē myſteriorum virtutem .ad quē Salomon dicit,vel magis ſpiritus qui in eo eſt:Quãdo ſederis vt comedas cum principe, diligenter attende quæ poſita ſunt ante te.Itē ibidem: Sanctificationem enim myſtici ſacrificij, & à ſenſibilibus ad intelligibilia tranſlationem ſiue cōmutationem, ei qui ver⁹ eſt ſacerdos, videlicet Chriſto, oportet dari,id eſt,ipſi de eis miraculum cedere & imputare:quia per eius virtutem & prolatum ab eo verbum ,quæ videntur tam ſanctificata ſunt, quàm cunctum carnis excedunt ſenſum. Hactenus Heſichius. Ideo verò dicit myſterium eſſe panem & carnem:quia caro Chriſti verè eſt corporalis cibus per ſpecies prophani panis iam commutati, ſub quibus continetur.Nam certè ſecundùm ſuã propriam ſpeciem ſumpta, edi nequit corporaliter; atq; idcirco ſic nō eſt panis . Dũ aũt panis velatur ſpecieb⁹,manēs caro fit panis : nomine Panis generaliùs accepto . Non itaq; ex eo ſequitur,prioris panis naturam ſeu ſubſtantiam in Euchariſtia remanere : ſed manet tãtummodo panis generaliter dicti

Prou. 23.

Eodem.

Ioan.2. natura,ſicut eadẽ natura potus manebat, dũ aqua in vinum cõuertebatur,non quidem numero,ſed genere. Hic enim ſimiliter,corporis Chriſti ſubſtantia, quia per aſſumptionem ſpecierum ac proprietatum panis corporale fit alimentum,eadem non numero ſed genere natura,quæ panis erat, permanet. Et hoc eſt quod voluerunt Gelaſius & Theodoretus illis in locis, vnde ab Artopæo nobis obiecti ſunt : vbi nimirum ita ait Gelaſius: Certè ſacramenta quæ ſumimus, corporis & ſanguinis Chriſti, diuina res ſunt: propter quod & per eadem diuinæ efficimur conſortes naturæ:& tamen eſſe non deſinit ſubſtantia vel natura panis & vini. Et certè imago & ſimilitudo corporis & ſanguinis Chriſti in actione myſteriorum celebrantur.Satis ergo nobis euidenter oſtẽditur, hoc nobis in ipſo Chriſto Ieſu Domino noſtro ſentiendum,quod in eius imagine profitemur,celebramus,& ſcimus:vt ſicut in hanc,ſcilicet diuinam, tranſeunt ſpiritu ſancto perficiente ſubſtantiam, permanẽt tamen in ſuæ proprietate naturæ: ſic illud ipſum myſterium principale, cuius nobis efficientiam virtutemque veraciter repręſentant,ijs ex quibus conſtat propriè permanenti-

De duabus naturis cõtra Eutycen, & Neſtor

manenti-

manentibus, vnum Chriſtum, quia integrum verumq́ue, permanere demonſtrat.

Ait ibi Gelaſius apertè, panem & vinum Spiritu ſancto operante tranſire in diuinam ſubſtantiam. Dum ergo dicit manere ſubſtãtiam ſeu naturam panis: de pane generaliter dicto loquitur, deq́ue eius ſubſtãtia ſecundũ genus. quomodo Adam & Abel eiuſdẽ dicimus ſubſtantiæ, tametſi caro Adæ non illa ipſa ſit quæ Abelis: quorum vterq́ue eſt homo. Ita videlicet & caro Chriſti ſpeciebus panis velata, & panis cuius nunc ſuperſunt iſta accidentia, eiuſdem ſunt naturæ: quia vtrumq; eſt corporale alimẽtum. Theodoretus autem ſic: Manifeſtus, inquit, eſt ſcopus ijs qui ſunt initiati ſacris. Voluit enim eos qui diuina myſteria participant, ne ad eorum quæ videntur naturam attendant, ſed per nominum mutationem credant, quæ ex gratia facta eſt, tranſmutationi. Qui enim naturale corpus ſuum frumẽtum & panem appellauit, atque ítem ſeipſum vitem nominauit, idem ipſe etiã ea quæ videntur ſymbola, corporis & ſanguinis ſui appellatione honorauit, non equidem naturam ipſam tranſmutans, ſed adijciens gratiam naturę. Hæc ille. Dicit hîc Theodoretus non tranſ-

Vide ſuprà pag. 122. & 126

In Polymorph. dialog. 1.

tranſmutari naturam, ſcilicet alimenti,ſed ei gratiam adijci: ſicut dicere poſſumus de eo vino, cui pretioſa admiſcetur ſubſtantia ipſum tranſmutans:Non tranſmutatur natura vini(generalis ſcilicet, inquantum eſt potus ſalubris) ſed melius quid ei adijcitur. In euchariſtia enim manet natura alimenti eſibilis, genere eadem, aliquo longè meliore ei adiecto: quod Theodoretus meritò gratiam vocat,quia mera Dei gratia eiúſque ineffabili erga hominem amore,ac eximia ſpiritus operatione efficitur,vt vile alimentum quod in altari ponitur, mutetur in alimentum pretioſum: manens quidem iuxta naturam corporalis alimenti, ſed mutatum ſecundùm peculiarem ſubſtantiam, qua vile alimentum diſtinguitur à longè pretioſiſsimo. quemadmodum etiam dicere poſſumus, naturam potus manſiſſe & gratiam ei fuiſſe adiectam, dum Chriſtus aquam mutauit in vinum. Expendantur ſedulò Theodoreti verba. Dicit enim, per nominum mutationem in hoc myſterio nos debere credere mutationi quæ facta eſt ex gratia. Quænà enim hæc mutatio facta ex gratia? An qua id quod antè non erat ſignum,iam rem ſanctam & magnam ſignificat? Certè hæc

Ioan. 2.

hæc mutatio, etſi aliqua impropria ſignificatione gratia dici poſsit, dum ad rem ſacram ſignificandam aliquid primùm imponitur, quod priùs non ſignificabat: poſt impoſitionem tamen non opus eſt aliqua alia gratia quò ipſum ſignum ſignificare incipiat. Vt ſi demus gratiam vocari poſſe, quòd Deus voluit agnum paſchalem ſignare Chriſtum, nunquid Iudæo poſteà opus fuit aliqua gratia, vt ſuus agnus paſchalis Chriſtum ſignaret? nequaquam. Si de tali mutatione loqueretur Theodoretus, non diceret, in quibuſlibet ſignis Euchariſtiæ factam mutationem per gratiam, & naturæ ipſorum adiectam gratiam: Sicut nec Gelaſius (ſi de huiuſmodi tranſitu loqueretur) requireret Spiritus ſancti operationem, nec diceret panem & vinum in diuinam tranſire ſubſtantiam. Non enim agnus paſchalis apud veteres legitur in diuiná tranſiſſe ſubſtantiam, tametſi ſignum eſſet corporis dominici conſtitutus. Clarum eſt igitur, Theodoretum loqui de ea mutatione quam Catholici ponũt, nimirum de panis in Chriſti corpus commutatione, relictis accidentibus, quorum miniſterio fiat illud corpus corporalis cibus, quemadmodũ erat priùs

ipſe

Dialog. 2 in Poli-morph.

ipſe panis pictus. Atque id ex ipſis Theodoreti verbis contra nos ab Artopæo citatis, fiet facilè manifeſtum. Neq;(inquit orthodoxus) poſt ſanctificationem myſtica ſymbola illa propria ſua natura egrediũtur. Manet ſiquidem in priore ſua ſubſtantia & figura & ſpecie, adeoq́ue videntur & palpantur quemadmodum anteà. Intelliguntur autem quæ facta ſunt, & creduntur, & adorantur, tanquam ea exiſtentia quæ creduntur. Hæc ille. Tria dicit hîc Theodoretus. Primum, ſymbola manere in priore ſubſtãtia & ſpecie ac figura: vnde videntur & palpãtur vt anteà. Secũdum, ea ipſa ſymbola poſt ſanctificationem facta iam eſſe aliqua quæ non videntur, ſed intelliguntur & creduntur. Tertium, hæc ipſa ſymbola adorari, propterea quòd exiſtunt illa, quæ exiſtere creduntur. Ex quorum tertio patet, quòd ea ſentiat eſſe verè corpus & ſanguinem Chriſti. Abſit enim vt creaturas inſenſibiles (panẽ & vinum) adorare nos iubeat. Dicit nimirum ea adorari: non vt ſigna, ſed adorantur, inquit, tanquam ea exiſtentia quæ creduntur. In ſecũdo, dicit quòd poſt & per ſanctificationem facta ſunt res intelligibiles, nẽpe corpus & ſanguis Chriſti. Vnde cõſequẽs eſt,

eum

eum cùm ait priorem manere ſubſtãtiam, intelligere non ipſam ſubſtãtiam panis & vini quę priùs extitit, ſed genus ipſum alimenti corporalis. Et hoc quæ ibi ſequuntur liquidum reddunt. Inde enim probat manere priorem ſubſtantiam, quòd ſpeciem & figuram eandem habeant, & videantur & palpentur vt anteà. quæ probatio nihil aliud conuincit, quàm eſſe genere eandem ſubſtantiam: ſicut vinum quod fecit dominus ex aqua, æquè liquidum erat ac antea fuerat aqua, eodẽ modo palpabatur & videbatur: mãſit igitur genere, non numero vel ſpecie, eadem ſubſtantia.

Vnde apud Theodoretum, Orthodoxus Eraniſtæ dicenti, non ampliùs appellatur ſymbolum ſiue ſacramentum quod priùs vocabatur, ſed corpus, his verbis reſpondet: Ignarus mihi eſſe videris. Non enim corpus ſolùm, ſed etiam panis vitæ nominatur. ita dominus ipſe appellauit. Hæc Theodoretus. Percurre ſcripturam, lector, nõ inuenies dominum Euchariſtiam panem vitæ appellaſſe, niſi Ioannis ſexto: vbi indubiè non debet putari panem propriè accipere, pro pane piſto. Siquidem ſe dicit panem vitæ, & carnem ſuam eſſe illum panem, quem ſe daturum pollicetur.

Ac ita

Ac ita agnóſcendum eſt,in his non ſenſiſſe Theodoretum manere propriè dicti panis ſubſtantiam in Euchariſtiæ ſacramento.

Eodem modo intelligenda ſunt verba Collectę ſecundę miſſę natalis domini,vbi dicitur: Munera myſterijs hodiernæ feſtiuitatis apta proueniãt,vt ſicut homo genitus idem refulſit, ſic hæc terrena ſubſtantia nobis cõferat quod diuinum eſt. Poteſt enim Euchariſtia ſeu corpus Chriſti terrena ſubſtantia dici : quia caro Chriſti ex terra verè ſumpta eſt , tum etiam quia ſub ſpeciebus panis latens,terrenas qualitates iam tranſmutati panis ſeruat : quanquam ea oratio legatur necdũ mutatis aut conſecratis elementis in corpus & ſanguinem domini:quæ dicuntur cõferre poſteà quod diuinum eſt, quia mediantibus accidentibus ſuis faciunt , vt corporaliter ſumamus diuinum Chriſti corpus & ſanguinem , & ipſius diuini corporis fructum , participationé ſcilicet ſpiritus ſancti ac meritorum domini noſtri Ieſu Chriſti.

Ex his intelligitur etiam quid voluerit Auguſtinus in verbis à Beda citatis in 10. caput prioris ad Corinthios , ex ſerm.ad infantes ſeu iã recẽs baptizatos : Hoc quod videtis in altari Dei,etiam tranſacta nocte vidiſtis:

vidiſtis:ſed quid eſſet,quid ſibi vult,quàm magnæ rei ſacramentum contineret, nondum audiſtis. Quod ergo vidiſtis panis eſt & calix:quod vobis etiam oculi veſtri renunciant. Quod autem fides veſtra poſtulat inſtruenda,panis eſt corpus Chriſti, calix ſanguis. Hîc dicit Auguſtinus,recens baptizatos antequam inſtruantur, nec audiſſe quid ſit quod vident in altari,nec audiſſe quid ſignificet.& vtiq; ſi ſubſtãtia panis ibi remaneret , ſicut antè aderat , non opus haberent audire quid ſit:quandoquidem per ſeipſos ſciunt panem eſſe & vinum . Dicit igitur Auguſtinus panem eſſe & calicem ſiue potum , prout etiam oculi dijudicant : nomine panis & calicis nihil aliud intelligens,quàm quod edi corporaliter poteſt & bibi : Cæterùm , vt cognoſcatur qualem panem , & qualem calicem credat fides ibi eſſe , opus eſt inſtructione, qua docetur quòd ille panis, ſiue illud corporaliter eſibile, ſit Chriſti corpus , & ille calix ſeu potus,eiuſdem ſanguis. Sic verò liceret etiam verba Ruperti Tuitienſis intelligere , qui dicit in cap.12.Exodi:Spiritus ſanctus non mutat aut deſtruit ſubſtantiam panis & vini ſecundùm exteriorem ſpeciem quinq; ſenſibus ſubiectã,cùm
eidem

eidem verbo in vnitatẽ corporis eiuſdem quod in cruce pependit, & ſanguinis eiuſdem quem de latere ſuo fudit, iſta coniungit: Ad illum, inquam, ſenſum verba eiuſmodi poſſent accipi. ſed quia eius ſcripta magis ſapiuut ſpeculationes vnius monachi in abdito latentis, quàm Eccleſiæ ſententiam (vnde & in alio ſcripto noſtro, errorem eius circa Chriſti interpellationem notauimus) & non pauca ſunt in eo reprehendẽda: ideo multùm ſolicitum eſſe non conuenit, quò quæ dixit defendantur: pręſertim cùm de hac materia agẽs in ſextum caput Ioannis, vt confirmet corpus & ſanguinẽ domini eſſe (vt loquitur) panem & vinum quæ conſecrata ſunt: dicat aquam, vinum, & ſanguinem vnius eſſe ſubſtãtię, nec differre niſi accidentibus: idẽmque de pane & humana carne ſubindicat. Vnde & in 2. cap. Ioannis, idem de aqua & vino dicens, ait Chriſtum ſubſtantię humoris, ſiue aquæ, accidens adieciſſe & ſaporẽ, non ſubſtantiam mutaſſe. Habet inſuper, aquam de Tybri vel Rheno hauſtam, & cruce domini conſecratam ad baptiſmum, omnino eandem eſſe cum ea quæ de latere domini confoſſo fluxit: Quæ omnia à veritate & Eccleſiæ ſenſu aliena ſunt.

Cap. 15. Tractat⁹, de Inuocat. Sanc.

In idem ca. Ioan.

Ne quis

Ne quis verò noſtrum exiſtimet commentum, ſubſtantiam aliquam rectè dici manere ſecundùm genus eandē, nō ſecundùm ſpeciem: audiat diuum Auguſtinum. Omne, inquit, corpus, cuius eſt natura & ordo mutabilis, ad nutum omnipotentiſsimi creatoris in quaſcunque ſpecies fuerit commutatum, à veritate tamen in ſuo genere non recedit: cùmque varietate mutetur, & corpus tamen, & verum corpus eſſe non deſinit.* Et iterum: Quale vult Chriſtus, admirabile corpus de qualicunq; corpore, verum de vero facit, qui de aqua verum vinum fecit.

Ser. cōtra Manich. de verbis libri Iob: Affuit & Satan inter eos. eſt ſermo 20. inter iā emiſſos.
* Lib. 3. de cōſen. euangel. cap. 25.

At obijcias: Gelaſius & Theodoretus demonſtrant ex Euchariſtia, duas eſſe in Chriſto naturas, contra Euthycianos: ergo etiam in Euchariſtia duæ ſunt in particulari naturæ. Reſpōdet ur, hoc argumentum æquè Sacramētarios ac veritatem ipſam impugnare: quandoquidem, ſi verum ſit conſequens illud, verū non erit, tantùm piſtum panem & non ipſum domini corpus eſſe in Euchariſtia. Rurſum, ſi in Euchariſtia ſit ſolùm panis piſtus, tantùmque ſignificetur ibi Chriſti corpus: ex Euchariſtia non poterit cōnuinci Eutyces, dicēs in Chriſto duas reuera non eſſe naturas.

Quapropter,ſicut Sacramentarius ob tantum inconueniens ſibi permittit, vt iudicet non omnimodam adhibitam fuiſſe ſimilitudinem à Theodoreto:ita etiam Catholicus dicit, Euchariſtiam non in hoc per omnia ſimilem eſſe perſonæ Chriſti, quòd queādmodùm Chriſtus duas habet naturas,ita & Euchariſtia: ſed in eo ſitam putat ſimilitudinem, quòd vt caro Chriſti ſeruat immutatam naturam ſuā, quam in cœlo habet, & tamen aſſumit accidentia panis, per quæ fit homini corporale alimentum,ſeu panis generali nomine: ita filius Dei ſeruat diuinam naturā, & aſſumit humanam, per quā verè eſt verèq; appellatur homo. Talis eſt hæc ſimilitudo, qualis deduci poteſt ab aſſumptione accidentis,ad aſſumptionem ſubſtátiæ. Cæterùm, non ſine iuſta cauſa habuerit quiſpiam ſuſpectū falſæ inſcriptionis ſcriptum illud, vnde hactenus explicata verba nomine Gelaſij citantur: quòd ſcripti illius author producēs teſtimonia catholicorum patrum,adducat etiā Euſebiū Cæſariēſem, quē nec Gelaſius ignorauit Arrianæ hæreſeos ſtrennuū fuiſſe defenſorē: Vt taceam, apertè etiā reijci opera ei⁹ à Gelaſio, in cōcilio ſeptuaginta epiſcoporū, excepta vna hiſto-

hiſtoria eius, quæ ad temporum notitiam viſa eſt vtilis. Item ex eo, quòd Auguſtinum, Leonem, & Hilariũ non citet, in Eccleſia tamen Romana notiſsimos. Quod etiam ad Theodoretũ attinet, ſcimus eius tantam nõ eſſe authoritatem, quem meritò nos oporteat in omnibus ſequi: vtpote qui ſe oppoſuerit fidei catholicæ & ſynodo Epheſinæ: vt teſtantur epiſtola Leonis ad eum iam conuerſum ab errore ſcripta, & reſponſiones Cyrilli ad eius obiectiones. Vide c.13 Cõſtãtinop. concil. 5. & ſynod. Calcedo. actio. 8.

Auguſtini citationẽ diſcutiamus: [Hoc eſt quod dicimus, quod modis omnibus approbare contendimus, ſacrificiũ Eccleſiæ duobus confici, duobus conſtare, viſibili elementorum ſpecie, & inuiſibili domini noſtri Ieſu Chriſti carne & ſanguine: & ſacramento & re ſacramenti, id eſt, corpore Chriſti. Sicut Chriſti perſona conſtat & conficitur ex Deo & homine: Cùm ipſe Chriſtus verus ſit Deus, & verus ſit homo: quia omnis res illarum rerum naturam & veritatem in ſe continet, ex quibus cõficitur, etc.] Abſq; fronte hæc verba Artopæus allegat ad ſtatuẽdam panis in hoc ſacramento permanentiam. quum expreſsè ſpeciem panis tantùm, Citatur de cõſec. diſtinc. 2.

non panem, ponant in Euchariſtia: vt ſicut perſona Chriſti continet Deum & hominem, ita Euchariſtia contineat Chriſti corpus, illudq́ue inuiſibile, & viſibilem elementorum ſpeciem, nõ autem eorum ſubſtantiam. Sed, vt palàm fiat quàm tórtè illa vſurpet ſibi Artopæus, cõſideretur cuius ſint verba: ſunt enim Lanfranci, contra Berengarium ſcribentis. Hoc eſt namque quod dicimus, inquit, hoc modis omnibus contra te ac ſequaces tuos approbare cõtẽdimus: ſacrificium ſcilicet Eccleſiæ duobus confici, duobus conſtare, viſibili elementorum ſpecie, & inuiſibili domini Ieſu Chriſti carne & ſanguine: ſacramento & re ſacramenti: Quæ res (vt verbis tuis vtar) eſt corpus Chriſti, ſicut Chriſti perſona (te quoque authore) conſtat & cõficitur Deo & homine, cùm ipſe Chriſtus ſit verus Deus & verus homo: quia omnis res illarum rerum naturam & veritatem in ſe continet, ex quibus conficitur. Conficitur autem (te etiam teſte) ſacrificium Eccleſiæ, ſacramento & re ſacramenti, id eſt, corpore Chriſti. Eſt igitur ſacramentum & res ſacramenti.

Lãfrãc.

Item infrà: Sacramẽtum corporis Chriſti, quantum ad id ſpectat quòd in cruce immo-

immolatus eſt ipſe Dominus Chriſtus, caro eius, quam forma panis opertam in ſacramento accipimus, & ſanguis eius, quem ſub vini ſpecie ac ſapore potamus: caro videlicet carnis, & ſanguis ſacramentum eſt ſanguinis. Carne & ſanguine, vtroque inuiſibili, intelligibili, ſpirituali ſignificatur redemptoris corpus viſibile, palpabile, manifeſtè plenum gratia omniũ virtutum, & diuina maieſtate. Quorum alterum quidem dum frãgitur, & in populi ſalutem diuiditur, alterum verò effuſum de calice ab ore fidelium ſumitur: mors eius in cruce, & ſanguinis eius de latere emanatio figuratur. Hæc Lanfrancus. In verbis autem quæ ex Gregorio adfert Artopæus: vbi nimirũ dicit Gregorius, nos edere azymum vel fermentatum, cum Chriſti corpus ſumimus: non plus rei ſubeſt aut difficultatis, quàm vbi explicabamus quomodo corpus Chriſti panis nũcupetur. Simili quippe ratione dicitur panis azymus vel fermentatus, quia ex eiuſmodi pane confectum eſt, retinetq; (vt eſui corporali aptum ſit) proprietates in ſapore, odore, etc. prioris panis azymi vel fermentati. Pag. 122.

Quòd præterea Bertramũ citant, noſtra nil intereſt, cùm hac in re hæreticus fuerit:

pater videlicet Berengarij. Vixit tempore Caroli Craſsi Imperatoris: cui & librũ dicauit circa annum domini 880. De eo ſcriptum reliquit abbas Adalherus, quòd contra Paſchaſium Ratbertum, Abbatem Corbienſem, ſcripſerit: ideo quòd aſſereret Paſchaſius carnem quam ex altari ſumimus, illam ipſam eſſe, quæ de virgine Maria nata eſt.

De tranſſubſtãtiatione.

Pergens Artopæus, fatetur in concilio Lateranenſi ſub Innocentio tertio definitum dogma tranſſubſtantiationis: at tunc inquit, Romana Eccleſia ab Apoſtolica puritate & ſimplicitate defecerat. Deinde ſubdit: [Et poſteà in concilio Florentino, ſub Eugenio 4. Pontifice Romano habito, vbi facta eſt vnio Græcę & Latinæ Eccleſiarum, tametſi à Pontifice corrupti Orientales plæraque Romana placita receperint, nullis tamen argumẽtis perpelli potuerunt, vt monſtrũ Tranſſubſtantiationis reciperent. Cumq; vnionis literæ eſſent formandæ & publicandæ, diligenter cauerunt, vt huius rei nulla mentio fieret. Nam ſi tanti momenti fuiſſet iſta Tranſubſtantiatio, Eccleſia Romana nunquam voluiſſet cum Græca coniungi, quæ eam non ſuſceperit. Nam hæreſim hodie dicunt eſſe

& pe-

& peſtiferam, eam non admittere. Non autem credendũ eſt, Latinam Eccleſiã tãtùm voluiſſe cũ hæreticis ſe coniungere, & cum illis communicare.] En, lector, quid Artopæus dicat, videlicet, Eccleſiã Romanã definiuiſſe dogma tranſubſtantiationis, eamq́; illud non magni feciſſe: denique, quòd non fuiſſet vnita Græcæ, ſi dogma hoc magni momenti fuiſſet: Ità in hoc Romanam Eccleſiam à fidei ſtabilitate ac conſtantia vel neſcius vel inuitus laudans: quã tamen antè ab Apoſtolica ſimplicitate & puritate defeciſſe pronunciarât: ſic nimirum garrulus, vt tertio interim verbo ſibiipſi incautus contradicat.

Verùm, vt de re ipſa loquamur, grauiter hallucinatur Artopæus: quoniã de trãſubſtantiatione Græci neq; ibi neq; vnq̃ anteà dubitârũt. Quòd certè Florẽtiæ nulla hac de re inter eos orta fuerit dubitatio, ſatis ex ſcriptoribus qui vel tunc, vel nõ multo antè vixerunt, manifeſtum eſt. Emiſsi ſunt iam nuper à Claudio de Sainctes nõnulli de hac materia Tractatus grecorũ autorũ, etiã recentiorũ Gregorio Niſſeno et Damaſceno (qui duo docent talem tranſubſtantiationẽ in cõſecratione cõtingere, qualis eſt panis cõuerſio in nutritione) q ſi

Græcos nec in cõcilio Florent. nec anteà vnquam de transſubſtãtiatione dubitaſſe.

legantur, ne ſuſpicio quidem remanebit eius quod affirmat Artopæus. Siquidem Samona (autor vnius illorum) vt hoc perſuadeat, vtitur iam data ſimilitudine Gregorij Niſſeni & Damaſceni.

Suprà, pag. 60. Metonenſis, ſicut D. Ambroſius, non vult hîc queri naturæ ordinem, cùm Chriſtus ſit præter naturæ ordinē natus ex virgine: dicitq; aliena ſpecie occultatum ſumi corpus dn̄i, ne horror ſit cruoris: quēadmodum Ambroſius. Cabaſila autem ſic ait: Cap. 27. Panis non ampliùs eſt figura dominici corporis, neq; donum ferens imaginē veri doni, neq; ferens aliquam deſcriptionem ipſius Seruatoris paſsionum tanquā in tabula: ſed ipſum verū donū, ipſum ſanctiſſimum corpus domini, quod omnia illa verè ſuſcepit, probra, cōtumelias, vibices: quod crucifixū, quod interfectū. Rurſum cap 33. panis mutationem in corpus Chriſti comparat occiſioni eiuſdem corporis qua ex viuo factū eſt mortuum. Poſtremò Marcus Epheſius (qui pertinaciter reſtitit definitioni Florētini concilij quoad proceſsionē Spiritus ſancti ex filio) dicit Baſilium oblata vocare antytipa corporis domini, eo quòd nondum ſint perfecta, verùm adhuc typum & imaginem ferentia,

donec ſpiritus aduenıat qui ea mutet. Non tam Artopęo, opinor, credendum quàm illis, fidem ſui temporis deſcribentibus.

Quidnam verò in concilio Florentino Pontifex petat agi de panis mutatione, ſatis ex concilij actis intelligi poteſt, vbi nimirum ſic legis: De panis autem tranſmutatione Latinis quærétibus, cur Gręci poſt hæc dominica verba: Accipite & manducate: ac infrà, Bibite ex hoc omnes (quibus profectò verbis ſacramentum confici creditur) hac etiam vtuntur oratione: Et fac panem quidem hunc honorabile corpus Chriſti tui: quod autem in calice iſto eſt, Honorabilem ſanguinem Chriſti tui, ea ſancto ſpiritu tuo tranſmutante: Reſponderunt ſe firmiter credere, verbis illis dominicis ſacramétum fieri. ſed quemadmodum Latini, confecto ſacramento, hac ſolét vti oratione: Iube hæc perferri per manus ſancti angeli tui in ſublime altare tuũ: Ita quoque Græcos illa verba proferre ſolere, Vt ſanctiſsimũ Chriſti corpus & ſanguis peccatorum noſtrorum remiſsioni, ac noſtris animabus ſaluti fiat. Quibus quidẽ quatuor quæſtionibus diſſolutis, ſummus Pontifex petijt, vt de diuina panis tranſmutatione (quæ quidem quarta quæſtio

Seſsione vltima quæ eſt 25.

fuit)

fuit) in ſynodo ageretur. At Græci di-
xerunt, ſe ſine totius Orientalis Eccle-
ſiæ authoritate quæſtionem aliam tra-
ctare non poſſe, cùm pro illa tantùm de
Spiritus ſancti proceſsione ſynodus con-
uocata fuerit. Hæc ibi. Et poſt literas
vnionis interrogauit iterũ Pontifex Græ-
cos inter cætera, cur poſt hæc dominica
verba, Accipite & mãducate, hoc eſt enim
corpus meum, & reliqua (quibus procul-
dubio ſacratiſsimũ Chriſti corpus & ſan-
guis conficitur) his quoq; verbis vtantur:
Et fac quidẽ panem hunc honorabile cor-
pus Chriſti tui: quod autem in calice iſto
eſt, honorabilem ſanguinem Chriſti tui, ea
ſancto ſpiritu tuo tranſmutante, Amen,
Amen, Amen. Et Præſul Mytilenſis, facilè
viſus eſt eam quæſtionem diſſoluiſſe.

Eadem ſeſsione.

Hinc perſpicis, lector, tunc nullam fuiſſe
quæſtionem, fierétne verè tranſmutatio
panis, an non: ſed duntaxat, quibus verbis
fieret: Chriſtinè (quod veritas habet) an
verò per quaſdam Sacerdotis preces, quas
Græci, ſacrum facientes, poſt domini-
ca verba adiungebant. quod eorum
nonnulli, videlicet Nicolaus Cabaſila, &
Marcus Epheſius opinabantur: (aduerſus
quos propterea inſignem libellum ſcri-
pſit Beſſa-

pſit Beſſario, Cardinalis Romanus, etiam Græcus) veritati reliquis Grecis Epiſcopis conſentientibus: vt iam citata ſynodi verba clarè teſtantur. Tantùm maluiſſet Pontifex, in ſynodo de ea quæſtione agi: quod Græci detrectârunt.

Alia argumentatio: Patres dicunt nos mutari, tranſire, & tranſelementari in Deum & Chriſtum: & tamen natura noſtra non mutatur. igitur etſi dicant panem tranſire & mutari atque tranſelementari in corpus Chriſti, non ideo ſentiunt ſubſtantiam panis mutari. Antecedens poſſet probari illis Auguſtini verbis: Inueni me longè eſſe à te in regione diſsimilitudinis, tanquam audirem vocem tuam de excelſo: Cibus ſum grandium: creſce & manducabis me: nec tu me in te mutabis, ſicut cibum carnis tuæ, ſed tu mutaberis, in me. Item his Leonis: Nihil aliud agit participatio corporis & ſanguinis Chriſti, quàm vt in id quod ſumimus, tranſeamus. Rurſum per Theophilactum, qui in ſextum caput Ioannis ſcribens, poſt hæc dominica verba: Qui manducat me, viuet propter me, inquit: Dum quodammodo miſcetur mihi, & tranſelementatur in me.

Cap. 10. li. 7. confeſsion.

Serm. 14. de paſſio. domini.

Sed Augu-

Sed Auguſtinus in Deũ nos mutari dicit:quia vnus cum eo ſpiritus ſimus, dũ in nobis dignatur habitare, dumq́ue ei per amorẽ & intellectum coniungimur . ſicut maritus & vxor ſunt vna caro. vnde certè non eſt conſequens, noſtram ſubſtantiam in aliam ſubſtantiam commutari, nihilomagis quàm puero accidit, cùm paulatim à puerili ætate ad virilem facit progreſſum:aut corpori, cùm ex mortali fit immortale.Leo etiam veriſsimè dicit,per eucharistiam nos tranſire in Chriſti corpus: quia per communionem ita ei copulamur vt etiam vnum corporaliter cum eo efficiamur,ampliùs quàm maritus et vxor per mutuam ſui commixtionem: vt ſuprà eſt

Pag. 46. expoſitum. Porrò quid hęc vnio efficiat oſtendunt Leonis ſequentia verba : Et in quo commortui & conſepulti & conreſuſcitati ſumus,ipſum per omnia, & ſpiritu & carne guſtemus(ſiue,vt alij libri habent,geſtemus.)Theophilactus non ſimpliciter dicit,nos in Chriſtum tranſelemẽtari, ſed annexa reſtrictione : Quodammodo:qui modus quis ſit,iam diximus.

Nunc audi quæ ſit eius doctrina de panis

In 6 cap. Ioan. in dominicũ corpus tranſſubſtantiatione, Attende,inquit,quòd panis qui à nobis in myſterijs

myſterijs manducatur, non eſt tantùm figuratio quædā carnis dominicæ, ſed caro ipſa domini. Non enim dixit: Panis quem ego dabo, figura eſt carnis: ſed, Caro mea eſt. Transformatur enim arcanis verbis panis ille per myſticam benedictionem, & acceſsione item ſancti Spiritus, in carnem domini. Et ne quem conturbet, quòd credendus ſit panis caro. etenim & in carne ambulāte Domino, & ex pane alimoniam admittente, panis ille qui manducabatur, in corpus eius mutabatur, & ſimilis fiebat ſanctæ eius carni, & in augmentum et ſuſtentationem conferebat, iuxta humanum morem. igitur & nunc panis in carnē Domini mutatur. Et quomodò, inquit, non apparet nobis caro ſed panis? vt non abhorreamus ab eius eſu. Nam ſi quidem caro apparuiſſet, inſuauiter affecti eſſemus erga communionem. Nunc autem condeſcendente domino noſtræ infirmitati, talis apparet nobis myſticus cibus, qualibus alioquin aſſueti ſumus. Hæc habet ibi Theophilactus.

Ex voce Mutationis ergo vel Tranſitus non neceſſariò infertur, circa ſubſtantiam eſſe mutationem. At ſicut ex eo quòd panis mutatur in corpus per nutritionem,

non

non dubitatur mutari ſubſtantia panis:ita ex eo quòd veteres dicũt panẽ ita mutari in corpus Chriſti,ſicut mutabatur cùm hîc Chriſtus pane nutriretur,conuincitur mutari ſubſtantiam panis,realemq́ue eſſe mutationem. Quò etiam accedit,quòd Patres eam miraculis æquiparârunt, in quibus nemo ſanè mentis negabit realem contigiſſe mutationem. Non ergo ſufficit mutatio illa quam effingunt hæretici nempe qua ideo panis mutari diceretur, quia aſſumeretur ad ſignificandum. Dent proinde realem mutationẽ panis, ſi quam poſsint inuenire, ſubſtantia eius interim manente immutata. Accidentalem quidem non poterunt inuenire, qualis eſt in homine dum ex carnali ſpiritalis, ex animali diuinus fit: quum panis accidentia eadem ſemper perſeuerent. Et ſi fortè accidentia panis mutarentur, nondum diceretur ob id panis in corpus Chriſti mutari.

Vide ſuprà pag. 35.

Petrus Pſeudomartyr Theophilactum reijcit, tanquam qui conſenſerit iniquis Berengarij damnatoribus:& multis rationibus conatur oſtendere, fruſtrà à veteribus annotatũ,ideo Chriſtum alienis ſpeciebus occultare corpus & ſanguinẽ ſuum

in hoc ſa-

in hoc ſacramento, ne ſit horror ille qui meritò cõciperetur, ſi vtraque nuda ac in ſua ſpecie ſumenda proponerentur. Primùm, [quia durius, inquit, eſt & difficilius, vincere horrores mentis & rationis, quã ſenſus. Multi enim amore vitæ amariſsimã medicinã ſumunt, qui tamen nihil contra rationẽ admittere volunt.] Verùm quid hoc ad rẽ, cũ neq; Veteres negẽt, difficilius eſſe homini corrupto credere tres perſonas eſſe vnũ Deũ, q̃, humanã carnem cõcidere & crudeliter maducare: neq; dominus putandus ſit ſenſui aduerſa ſemper proponere, licet quędam creditu difficiliora credi exigat? Secũdò, inquit Pſeudomartyr: [Id nõ videtur egiſſe Deus vt parceret ſenſib⁹, ne illi videlicet horrore aliquo afficerẽtur, cùm calicẽ plenũ mortis, paupertatis, exilij, infamiæ, & ſimiliũ, bibẽdũ nobis propinârit.] Si Chriſt⁹ nõ accõmodauit ſeſe noſtris ſenſibus: cur ſacramẽta ſua cõmendauit in ijs rebus, quæ nobis vſitatę ſunt noſtriſq; vſibus accommodæ? Cur in baptiſmo lotionẽ: in Euchariſtia eſum & potũ propoſuit: & lotionẽ quidẽ non per neſcio quæ abſtruſa & extranea, ſed per aquã cõmunẽ & ſimplicem: eſum verò et potũ nõ amari & ignoti ſaporis, ſed amicabilis &

cabilis & conſueti? Neque id verum eſt, quòd omnibus electis ſuis propinat calicem plenum mortis & ærumnarum. Parcit enim multis vt non tentētur ſuprà quā ferre poſsint. Quin & famulis ſuis ſubinde terrenā fœlicitatē tribuit, ne infirmus animus eam tantùm impiorum eſſe putet.

Tertiò inquit: [Non video quid interſit, quod ad horrorem attinet, ſiue videas carnes, ſiue non videas, modò certiſsimè ſcias te humanas carnes comedere, quantumuis ſcias eas coniunctam ſecum habere diuinitatem. Certè qui vident ſe ſtatim percutiendos eſſe à carnifice, etſi obuoluantur illis oculi, tamen non multo minùs horrēt quàm ſi aperto vultu viderēt gladium venientem. & ſi certò ſcires, lector, eſſe humanas carnes in Paſtillo vel maſſa aliqua, etſi oculis non diſcerneres, nihilo tamen minus ab eſu illarum fugeres.] Non audet dicere, quòd is cui decollando velantur oculi tantum paueat & horreat, quantum ſi gladium videret venientem. Itaque proprio ſuo exemplo confutatur. Horret itaq; is, qui ſcit ſibi ſtatim reſecandum caput: cęterùm plùs horreret, ſi etiam ipſa necis futuræ imaginatio viſo enſe confirmaretur. Similiter, ſi tibi id edēdum præſcribat medicus

dicus quod turpem ac horridã habet ſpeciẽ: ſumpturus oculos claudis, vel id aliquo obtegis, ne priùs incuſſus tibi horror, ex aſpectu rei augeatur. Cæterùm quod addit Pſeudomartyr, nos ſemper horrere eſum humanę carnis, etiam ſi diuinitas cõiuncta ſciatur, falſiſsimum eſt. Horremus quidem carnẽ alterius quàm Chriſti manducare, eo quòd ſciamus carnem cuiuſuis alterius non ad aliud ordinatam à Deo, quàm vt pars ſit hominibus ipſis qui ea cõſtant, & in eorum conſtitutionem veniat. Caro autem Chriſti, à Chriſto Dei filio, non quaſi eius indigo ſeu cui abſq; ea non benè foret, aſſumpta eſt: ſed ad hoc dũtaxat, vt nos per eã redimeret, ſuæq; diuinitatis virtutem impartiret. Ideoque eã nobis edendã corporaliter offert, veluti dicens: Accepi non pro me, ſed pro vobis. Quãobrẽ, præter morẽ aliorũ qui carnẽ ſuã alijs non communicãt, ſed vt ſuæ conſtitutioni neceſſariã reſeruant: vos alo mea carne, & per quę vobis cõiunctus ſum, ea rurſus vobis exhibeo. Ipſe Chriſt⁹, ait Chryſoſtomus, bibit ex ſanguinis ſui calice, ne auditis illis verbis, dicerent: Quid igitur ſanguinem bibimus, & carnem comedimus? ac ideo perturbarentur. Nam & quando Hom. 83. in Matt.

priùs de his verba fecit, multi ſolummodo propter verba ſcandalũ paſsi ſunt. Ne igitur tunc id quoq; accideret, primus ipſe hoc fecit, vt tranquillo animo ad cõmunicationẽ myſteriorũ induceret. En, Chryſoſtom⁹ agnoſcit iuſtá fore cauſam horroris in edendo corpore Chriſti, niſi Chriſtus ipſe & verbo & exẽplo ordinaſſet vt ederetur. Deinde, horremus humanã carnem edere quòd id nõ poſsimus niſi occiſo homine, ac in fruſta diſcerpto, quẽadmodum partes beſtiarum eſu diſcerpuntur. Chriſti aũt carnẽ, ſecundùm ſpecies & accidentia dentibus diuiſam, ſcimus virtute diuinitatis in ſua manere integritate: ideoque nullus nobis horror eſt in eius eſu. Si verò ſub propria ſua ſpecie à nobis ſumeretur, horror eſſet non ſolùm (vt imaginatur Pſeudomartyr) ex aſpectu carnis edendæ, ſed multo magis ex ipſo eſu. Neceſſe enim eſſet confringi Chriſti carnem ſecundùm ipſius carnis naturam: nec in propria ſua ſpecie poſſet quis integram Chriſti carnem edere, ſicut nunc eam comedit is qui communicat, etſi per naturam ſpecierum contritam & diuiſam. Vnde dicit Ambroſius: Didiciſti quòd ex pane fiat corpus Chriſti, & quòd vinum & aqua in calicem

De ſacr. li 4. c. 4. & lib. 6.

licem mittitur,ſed fit ſanguis conſecratione verbi cœleſtis. Sed fortè dicis: Speciem ſanguinis non video. Sed habet ſimilitudinem. Sicut enim mortis ſimilitudinem ſumpſiſti,ita etiam ſimilitudinem pretioſi ſanguinis bibis, vt nullus horror cruoris ſit,et pretium tamen operetur redemptionis. Vt, inquit, nullus horror cruoris ſit: qui ſcilicet eſſet,ſi eo modo bibendus foret quo feræ ſanguinem ſugunt,nempe à corpore ſeparando. Similiter Theophilactus in citatis verbis: Et quomodo non apparet nobis caro,ſed panis? vt non abhorreamus ab eius eſu. cap.1. Pag.174.

Aliud argumẽtũ: Omnis mutatio fieri debet in id quod non fuit: ſed Chriſti corpus ſubſiſtit ante conſecrationem panis: nõ ergo in illud aliqua contingit mutatio. Reſponſionem ad hunc cauillũ nobis præbet Chriſti poſt reſurrectionem ſuã nutritio,qua panis vertebatur in corp⁹ eius, nõ iam primũ incipiens exiſtere: quãdoquidẽ tunc vt nullus defluxus,ita nec vllũ acceſſit ei augmentum. Si vrgeas, debere ſaltem aliquo modo nõ eſſe id, quod alterius in ipſum mutatione fit: vti corpus noſtrũ nondũ ſubſiſtit ea parte,quæ ei ex alimento quod poſteá ſumit, accedit: fatebimur

& hîc aliquo modo Chriſti corpus non fuiſſe ante conſecrationem:quia ſub eiſdē ſpeciebus,ſub quibus iam eſt,nō erat. Vnde dicit Ambroſius: Hoc quod cōficimus, corpus ex virgine eſt:& Cyprianus ait ipſum creari.

Lib. de myſter. cap. 9. In ſerm. de cœna domini.

Aliud argumentum:Inutilis eſt iſta trāſſubſtātiatio:ergo nō ponenda. Antecedens hinc videtur aſſeri,quòd ex ea proueniat, vt pretioſum hoc corpus commune fiat & Iudæ & Petro, ac vt ad momentum tantùm aſsit nobis,durātibus ſpecieb9, moxq; abeat ſimulac à menſa pedem ſuſtuleris. Inutile autem apparet id habere, quod & Iudas habeat,vel quod ilico amittas.] Hæc ſunt Caluini oracula contra VVeſtphalū: quibus armatus, licet meræ nugæ ſint,rudiores turbat.

Si ſimiliter libeat argumentari, concludes & prædicationem euangelij, & baptiſmum,inutilia eſſe:vtpote quæ vt pijs ita & impijs ſunt communia,trànſeuntque et non permanent.imò conſequens eſt, ſtulté Chriſtum dixiſſe: Beati oculi qui vident quę vos videtis:quoniam quibus hoc dicebat,non diu quem intuerentur præſto fuit, eiſque pariter & impijs præſens erat. Adde inutile quoq; fuiſſe, tum infantulis,

Matt. 13.

tum

tum infirmis, Chriſtum tangere, vt quem & turbæ infideles comprimerent. Dicimus itaq; vtilem corporalem præſentiam Chriſti, quia Petrum fidelē firmat, nutrit & ſanat, etſi infidelem perfidumq́ue Iudã, vt bonus odor ſerpentem, necet: & quanuis ea diu frui non contingat, magnam tamen virtutem ſui relinquit.

Artopæus etiam ad cõmunia tandē deuoluitur: dicēs iſtã ſententiã tranſſubſtantiationis ad pietatem non conducere, quia nõ habet niſi logomachias & labyrinthos inexplicabiles:] Quaſi non potuerit ſimilia Arrius obijcere cõtra diuinitatem pluribus perſonis communem: vel Neſtorius, diuinæ & humanæ naturarũ coniunctionem in vna perſona exagitans: & reliqui omnes Eccleſiæ hoſtes, in rebus hac non paulo difficilioribus. Dicamus nos potiùs: Cùm Sacramētariorum ſententia omnem euertat pietatem, laborans auferre nobis filij Dei corporalem pręſentiam: ab omnibus pijs eſt plenis buccis exíbilanda. Sicut enim fideles, tametſi nequeant explicare, vel intellectu cõprehēdere quomodò tres perſonæ ſint vnus Deus, vel quomodò Deus ſit homo, ſciunt nihilominus firmam ea de re ſe debere fidē tenere: ita etiã, quã-

Z iij uis vi-

uis videát ſe nõ poſſe penetrare, quomodò idẽ numero corpus in cœlo manens in terra ſit, ſub ſpeciebus panis & vini: rurſum, quomodo in idẽ corpus diuerſiſsimi diuerſiſsimis in locis ſiti panes cõuertãtur: tamẽ haud dubitãt in huius rei fide ſe ſtabiles ac immobiles debere permanere. & hinc mirũ in modum in omni pietate roborantur.

Conſequenter Artopæus: [Conueniendi ſunt, inquit, ſpinoſi iſti trãſſubſtãtiatores, num putent Chriſti corpus reale atq; ſubſtantiale, indignè ſumentiũ tot impuriſsimorũ ſacrificulorũ manibus ſenſualiter tractari, frãgi, & dẽtibus atteri? Eſt enim hoc iſtorũ non minùs impiũ quàm abſurdum commentũ.] Artopæus iſte contumelioſo nomine ſpinoſos appellat, qui tranſſubſtantiationẽ tradunt, inculcatq; monſtroſam eſſe tranſſubſtantiationem: inſtar Arrianorum ſua tẽpeſtate & catholicos cognominantium Homouſianos, & vbique vt nouũ & à ſcripturis alienũ exagitantiũ nomẽ Homouſion. Sed ſicut nec calumnijs nec petulãtia eorum permoti ſunt Patres, vt vlla ratione Homouſion nomen auferri permitterent (oculatiſsimè videntes quòd eo nomine Arriana hæreſis ſeſe tegere nõ poſſet, vti ſe obuelabat appellãdo Chriſtũ

Deum,

Deũ, magnũ Deũ, filiũ Dei, ante ſecula natum: hæc omnia ita exponẽs, vt vnà ſimul cõſiſteret illud Arrij: Erat quando nõ erat filius dei) ita & hîc, vt fides catholica clarè proponeretur aduerſus Berẽgarium, in varias formas ſeſe vertentẽ quò errorẽ ſuum defenderet: optimè curatũ eſt, vt ipſemet Berẽgarius cõfiteretur ſubſtãtialẽ cõuerſionẽ panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti: & poſteà in concilio Lateranenſi vno id verbo Trãſubſtãtiatio expreſſum: illis quidem portentoſo, quibus ignotũ eſt à Chriſto inſtitutũ myſteriũ (ſicut quondã nõ credentibus incarnationẽ abſurda erat vox Incarnatio) ſed fidẽ Chriſto et eius eccleſię adhibẽtibus admodũ cõgruo & apto adeò vt aliud vocabulũ quæſitura non ſit Chriſti eccleſia, quãtũuis nobis obſtrepãt literiones aut hæretici: verũ vt in hãc vſq; horã retinet nomẽ Homouſiõ, ita & illud, Tranſſubſtãtiatio, ſemper eſt retẽtura, quò fidẽ profiteatur luculentiorẽ: ſatis ſcilicet experta fraudes & artes hæreticorum, qui dum verbis quibuſdam generalibus ſe catholicos ſimulant, velut lupi ouina pelle obducti, rabidiùs ſæuiunt in oues Chriſti. Nec etiam vnquam mutabit ſententiam, quam exurgẽte Berengariana hac peſte ſe-

mel matura & vigili cura ab Apoſtolis traditam, à ſanctis patribus ſemper retentam, aperte declarauit: Chriſti nimirum corpus & ſanguinē in altari eſſe, & ſenſualiter, nō ſacramentotenus, ſed in veritate, manibus ſacerdotū, tam malorum quā bonorū, tractari, frangi, & dentibus fideliū teri: etiam ſi crepent ſpiritus hæretici. Cur enim magis videbitur abſurdum, nunc Chriſti corpus ab impuris Chriſtianis per panis accidentia tangi, quàm quòd Chriſtus & à Iuda oſculari, & à Iudęis gentibuſque capi ac crucifigi non eſt dedignatus? Quid item magis impiū, ſi dicatur corpus Chriſti frangi, & dentibus in minutiora atteri: non quidem ſecundùm propriam figuram ſed ſecūdùm panis ab eo ſuſceptas ſpecies: quàm ſi dicatur Deus vulnerari, flagellari, mori? quod nō ſecundū diuinitatē, ſed ſecundùm corpus quod induit, factum eſt. Dic Artopæe, an quia hæc Deo indigna videntur, negabimus eū crucifixū? negabimus mortuū? vel cū Manichęo, eum fœminæ vtero negabimus conceptum?

Suprà pag. 15.

Oſtenditur, Berēgarij cōfeſsionē ex veteri.

Porrò quia exagitāt nobis Berengarij cōfeſsionē, veluti quæ multos errores contineat, oſtendenda eſt ex veteribus patribus ſumpta eſſe. In primis quod habet: Poſt

conſecra-

conſecrationem non ſolùm ſacramentum, ſed & verum corpus Chriſti eſſe: Auguſtini eſt, cap. 4. lib. 3. de trinitate: dicentis ſic ſignificari corpus Chriſti per hoc ſacramentum, vt corpus Chriſti quoque dicatur: quomodo (addit ipſe ibi) nō ſignificatur prædicatione euangelij: Sicuti homo qui in Iordane à Ioanne baptizabatur, aliter ſignificabat filium Dei, aliter columba ſuper illum deſcēdens, ſpiritum ſanctum. ille enim ita filium Dei ſignificabat, vt & ipſe filius Dei eſſet: hæc autē ita ſpiritum ſanctū, vt ſpiritus ſanctus non eſſet. Quod deinde dicit eadem confeſsio, Senſibiliter tractari manibus: apud Cyprianum in oratione dominica, apud Cyrillum & Chryſoſtomum in Ioannem ſcribētes apertè legitur: vt anteà latè ſatis allegauimus. De Chriſto autem id dicunt Auguſtinus & Proſper, cùm aiunt eum ſuum corpus manibus ſuis geſtaſſe. Quod denique habet, Corpus Chriſti frangi & dentibus atteri: ex Chryſoſtomo ſumptum eſt, iiſdem ferè verbis dicēte, Chriſtum permiſiſſe vt dentes carni ſuæ infigamus, eumq́ue pati contritionem & cōfractionem in altari, quam noluit pati in cruce. Imò ex libro eius tertio de dignitate ſacerdotij, collecta videntur ver-

bus patribus ſumptā eſſe.

Suprà pag. 139. 45. & 59.

Suprà pag. 63.

In 10. c. 1. ad Cor. hom 24.

Suprà pag. 66.

tur verba huius Berengarij cõfeſsionis, vbi ſic ait Chryſoſt. O miraculum, ô Dei benignitatem: Qui cum patre ſurſum ſedet, in illo ipſo temporis articulo omnium manibus pertractatur, ac ſe tradit volẽtibus ipſum accipere & complecti: fit autem nullis præſtigijs, ſed apertis & intuentibus omnium circunſtantium oculis. Item ex il-
Ser. 6. de ieiunio 7 menſis. lo Leonis: Hoc ore ſumitur, quod corde creditur. Proinde nihiloplus impietatis illi confeſsioni ineſſe dixeris, quàm Apo-
1. Cor. 2. ſtoli verbis, dicentis dominum gloriæ crucifixum. Quemadmodum enim Chriſtus ſecundùm quòd dominus gloriæ eſt non crucifigitur, ſed ratione aſſumptæ à ſe humanæ naturæ: ita corpus Chriſti non frangitur ſecundùm naturalem & propriam ſuam figuram quãtitatémve, ſed ſecundùm ſpecies elementi iam commutati, quas retinet. Si etenim rectè dicitur Iacob angelum vidiſſe, ac cum eo luctatus, atque
Gen. 32. ab illo tactus, quòd ab angelo mediante corpore, quod ſibi vel ex aëre vel ex alia quapiã materia formauerat, tactus ſit, cum eo luctatus, eumq́ue intuitus: quemadmo-
Luc. 8. dum etiam rectè dicit Chriſtus, Tetigit me aliquis, de eo tactu Hemoroiſſæ loquens, quo illa duntaxat fimbriam veſtimenti

eius

eius attigerat: Quanto magis is Chriſtum vidiſſe tetigiſſeque dicendus eſt, qui videt & tangit accidentia, quæ non niſi à Chriſti corpore ſuſtentantur, & ei multò arctiùs coniunguntur quàm aëreum corpus angelo coniunctum erat, quando in illo apparebat, & quàm fimbria veſtis ipſi Chriſto? nõ quia eius ſignum tetigit & intuitus eſt, ſed quia ipſummet eius corpus, ſecundùm ea quæ ſibi coniunxit & in ſua ipſius hypoſtaſi ſuſtentat accidentia. Eadem eſt autem de contritione ratio, quæ de fractione. Pulcherrimè verò Thomas VValdenſis id probat, quod de retinendis confeſsionis illius verbis diximus: Tomo 2. de ſacra. cap. 56. quem ſtudioſus poterit legere.

Cæterùm, quod nonnulli inferunt panis ſubſtantiam remanere facta conſecratione, eo quòd dicat confeſsio: Et ore & corde profiteor, panem & vinum quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem non ſolùm ſacramentum, ſed etiam verum corpus & ſanguinẽ domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe, etc. friuolum eſt: quum (vt antè docuimus) poſsint conuenienter panis & vinum ita generatim accipi, vt & pani piſto, vinoq; torcularis, & corpori ſanguinique Chriſti, Pag. 122.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Chriſti,prout ſub illarum rerum ſpeciebus continentur,communia ſint. Atq; eo ſenſu bene dicuntur panis & vinum in altari ſita, primùm naturalia eſſe & propriè dicta: poſteà verò eadem non numero ſed genere,eſſe corpus & ſanguis Chriſti: quanquã in illa Confeſsione vocula,Ponuntur,propriè pro,Sunt ſita,accipiatur:ita vt nõ fiat relatio ad primã collocationẽ panis & vini,quando necdum ſunt conſecrata: ſed vt quod dixit,Quæ in altari ponuntur, æquipolleat huic:Quæ ſunt in altari. Sufficiãt hæc diſſolutioni obiectionum ex nomine panis & vini ductarum.

Reſponſio ad argumenta ex natura & dignitate dominici corporis petita.

Eliquum eſt ea refellere,quę à dignitate vel natura corporis petũtur. [Iſtas duas exceptiones (inquit Caluinus , in ſua Inſtitutione)nunquam patiamur nobis eripi ; ne quid cœleſti Chriſti glorię derogetur:quod fit,dum ſub corruptibilia huius mundi elementa reducitur, vel alligatur vllis terrenis creaturis: ne quid eius corpori affingatur humanæ naturæ minùs cõſentaneum;quod fit,dum vel in-

Cap.18. § 22.

vel infinitum eſſe dicitur, vel in pluribus ſimul locis ponitur.] Hoc, Caluine, ad priorem tuam exceptionem [Ne quid cœleſti Chriſti gloriæ derogetur] reſpondemus: olim idipſum prætexiſſe & Manichæum, negãtem Chriſtum veram carnem habuiſſe: & Neſtoriũ, negãtem Deum eſſe hominem. Nũquam, inquiebat Neſtorius, bimeſtrem & trimeſtrẽ appellabo Deum. &: Deum ab homine generari impoſsibile eſt. Iterum: Ne glorieris Iudæe: non crucifixiſti Deum. Manichæus autem, exiſtimabat Chriſtum inquinandum ſi ex fœmina naſceretur: contra quem Auguſtinus agit cap. 18. libri de agone chriſtiano. Ad hanc rem videre potes etiam Epiphanium in hæreſi 77. quæ eſt Demeritarum: vbi inducit Valẽtinum, Marcionem, Manichæum, dicentes Chriſtum carnem non habuiſſe, ne excrementorum ſeceſſui aliiſque ſimilibus videretur fuiſſe obnoxius. In actis ſynodi Calchedonen.

Porrò odioſo nimium verbo vteris, dũ ais Chriſtum alligari terrenis creaturis, tanquam nõ voluntariè, ſed inuitus ſit nobiſcum: quaſi negemus eum ſupra omnem creaturam eſſe, vſqueadeò vt etiam ipſe nunc panem in corpus ſuum conuertat.

Prætereà, non (vt tu ſentẽtiam noſtram

refers) reducitur Chriſtus ſub corruptibilia elementa, verũ ipſe ea elemẽta in ſuam carnem & ſanguinem commutat. Sed ad rem propiùs veniamus: Si cœleſti gloriæ Chriſti aliquid perit, ex eo quòd Chriſti corpus per accidentia panis & vini nobis manducãdum præbetur: ergo & quan-
Joan. 20 do Thomas & Magdalena poſtquàm re-
Matt. 28. ſurrexiſſet eum tetigerũt, eius cœleſti gloriæ derogatum eſt. E diuerſo, ſi nihil deperit gloriæ diuinitatis per hoc quòd ipſe homo factus eſt, miſer et mortalis: ergo multo minùs ex eo, quòd alienis accidentibus & qualitatibus quodammodo induitur & velatur. Sed agè: aggrediamur tandem philoſophica argumenta è natura corporis deprompta: quæ certè, tametſi ſcripturas nonnullas cum Veterum dictis veluti colores quoſdam eis conentur adaptare, aduerſariorum ſunt fundamenta. Primùm tamen tanq̃ præſenti negotio optimè conueniens, ad memoriam reuocemus quod
Coloſ. 2. ſcribit Apoſtolus: Videte ne quis vos decipiat per philoſophiã & inanem fallaciam, ſecundùm elementa mundi, ſecũdùm traditionem hominum, & non ſecundùm
In lib. de Chriſtum. item illud non minus verum
aĩa tit. 1. quàm elegans Tertulliani dictum: Philo-

ſophi

ſophi hæreticorum patriarchæ. Deinde, vt omittam Arrium, Neſtorium, Pelagium, qui ex natura ſpiritalium rerum ſunt argumentati: quia de natura carnis & ſanguinis diſſeremus: ipſum Iouinianum pro exemplo adducam, qui cùm intelligere nõ valeret, quomodo infans cum vero humanoque corpore, permanente integritate virginea, ex vtero poſſet progredi, nec plus credere vellet quàm intelligeret: auſus eſt contra Matthæum & Eſaiam dicere, Mariam nõ virginem peperiſſe, ſed eius virginitatem pariendo fuiſſe corruptam. Quamobrem & S. Ambroſium, qui contra eius impietatem etiam poſt partũ permanentem virginitatẽ defendebat, pronunciauit Manichæum. Sed ipſe Ambroſius & reliqui catholici, in adiutorio ſaluatoris ſpreuerunt velut acutiſsimum quod Iouinianus exeruerat argumentum, & nec S. Mariam pariendo fuiſſe corruptam, nec Dominum phantaſma fuiſſe crediderunt: ſed & illam virginem manſiſſe poſt partum, & nihilominus ex ea verum Chriſti corpus exortũ. Similiter ex euangelio Sadducæos pro exemplo huc ſiſtam, qui viſi ſunt ſibi optimè naturam carnis ſcrutati, & iudicârunt eam ſine operibus nuptia-

Vide Auguſt. lib. de hæreſ. cap. 83. Vide eundem c. 5. lib 2. de nupt. & concu.

nuptiarũ & ſimilibus nõ cõſiſtere: quibus
Matth. 22 meritò dixit Chriſtus, quòd ex ignorantia
omnipotentiæ Dei & ſcripturarum fallerentur. Allegabo præterea Origenem, carnis reſurrectionem tollentem, quòd nequiret intelligere quónam modo poſt reſurrectionem eſſet caro abſq; corruptibilibus operibus ſuis: ſicut Epiphanius refert in hæreſi eius, & Hieronymus ſcribẽs contra errores Ioannis Hieroſolymitani. Poſtremò meminerimus, olim etiam contra fidem reſurrectionis ex elemẽtorum ponderibus argutatos Philoſophos. Didicerũt
Lib. 22. de ciui. Dei, c. 11. Vide eundem cap 17. & 18. lib. 13. enim (inquit Auguſtinus) à magiſtro Platone, mundi duo corpora maxima atq; poſtrema, duobus medijs, aëre ſcilicet & aqua eſſe copulata atque coniuncta. ac per hoc, inquiũt, quoniã terra abhinc ſurſum verſus eſt prima: ſecunda, aqua ſuper terram: tertius, aër ſuper aquam: quartum, ſuper aëra cœlum: non poteſt eſſe terrenum corpus in cœlo. Momentis enim proprijs, vt ordinem ſuum teneant, ſingula elementa librantur. Ecce, qualibus argumentis omnipotentiæ Dei humana contradicit infirmitas, quam poſsidet vanitas. Quid ergo faciunt in aëre terrena tot corpora, cùm à terra ſit aër tertius? Niſi fortè, qui per plu-

marum

marum & pennarum leuitatem donauit auium terrenis corporibus vt portẽtur in aëre, immortalibus factis corporibus hominum non poterit donare virtutem, qua etiã in ſummo cœlo valeant habitare? Animalia quoque ipſa terrena, quę volare non poſſunt, in quibus & homines ſunt, ſicut ſub aqua piſces, qui ſunt aquarũ animalia, ita ſub terra viuere debuerunt. Cur ergo non ſaltem de ſecundo, id eſt, de aquis, ſed de elemento tertio, tertium animal carpit hanc vitam? Quare cùm pertineat ad terram, in ſecũdo, quod ſuper terram eſt elemento, viuere ſi cogatur, cõtinuò ſuffocatur, & vt viuat, viuit in tertio? An errat hic ordo elementorum, vel potiùs non in natura rerum, ſed in iſtorum argumentationibus deficit? Hæc ille. Nos igitur cùm exilem de rerum natura notitiam habeamus (opinamur enim potiùs, ait Auguſtinus, quàm ſcimus quæ nos inueniſſe arbitramur) de Dei verò omnipotentia ad quę ſe extẽdat, ferè nullã: cum Auguſtino non recuſemus dicere, Omnia portenta contra naturã dicim⁹ eſſe, ſed nõ ſunt. Quomodo eſt enim cõtra naturã, quod Dei fit voluntate, cùm voluntas tanti vtiq; conditoris, conditæ rei cuiuſq; natura ſit? Portentum

Enchir. cap. 9.

Cap. 8. li. 21. de ciuit. Dei.

ergo fit, non contra naturam, ſed contra quàm eſt nota natura. Rurſum cum Proſpero: Naturarum conditor Deus nihil in miraculis contra naturam facit: nec quod nouum eſt conſuetudine, repugnans eſt rationi. Nobis ergo videntur contra naturam inſolita, quibus aliter naturæ curſus innotuit, non autem Deo, cui hoc eſt natura quod fecerit. Non ergo, inquit Auguſtinus, de notitia naturarum caliginem ſibi faciant infideles quaſi non poſsit in aliqua re diuinitùs fieri aliud, quàm in eius natura per humanam ſuam experientiam cognouerunt: quamuis & ipſa quæ in rerum natura omnibus nota ſunt, non minùs mira ſint, eſſentque ſtupenda conſiderantibus cunctis, ſi ſolerent homines mirari niſi rara: exempli gratia: (ſubnectit ipſe, cap. 10. eiuſdem libri) dæmones miris & ineffabilibus modis adhærendo ignibus inferni (quomodo hominum ſpiritus ſuis adhærent corporibus) accipere ex ignibus pœnam, nõ dando ignibus vitam: (vti ſcilicet corpori dat ſpiritus hominis) quia & iſte alius modus, quo corporibus adhærent ſpiritus, & animalia fiunt, omnino mirus eſt, nec comprehendi ab homine poteſt, & hoc ipſe homo eſt. Multo mirabiliùs, inquit

Senten. 283.

Lib. iam citato, cap. 8.

inquit idem, incorporea corporeis, quàm quæcunque corpora quibuſcunque corporibus copulantur. Hactenus Auguſtinus. At quàm procul ab hoc moderamine abſunt, dum de Dei omnipotentia certant hodierni hæretici. Vſqueadeò enim ſeſe putant noſſe corporis naturam, vt dicant ne Deo quidem poſsibile eſſe, quod catholici tradunt: nempe, Chriſti corpus ſecundùm propriam ſubſtantiam ſimul eſſe in cœlo & in terra. Cap. 18. lib. 13. de ciui. Dei.

Ait enim Caluinus, paragr. 27. cap. 18. ſuæ Inſtitut: [Hîc vt nobis inuidiam faciant, de omnipotentis Dei potentia malignè nos loqui criminantur. Sed aut ſtultè errant, aut malicioſè mentiuntur.] Non enim hîc quæritur quid Deus potuerit, ſed quid voluerit. Affirmamus autem id factum eſſe, quod illi placitum erat. Placuit autem Chriſtum fratribus per omnia ſimilē fieri, excepto peccato. Qualis eſt noſtra caro? nónne quæ certa ſua dimenſione conſtat, quæ loco cōtinetur, quæ tangitur, quæ videtur?] Et hactenus quidē videtur Caluinus nolle diſputare, an Deus poſsit facere, quod catholici docent eum facere. Sed audi ſequētia. Addit enim: [Et cur, inquit, non faciat Deus, vt caro eadem plura

diuerſaq; loca occupet, vt nullo loco contineatur, vt modo & ſpecie careat? Inſane, quid à Dei potẽtia poſtulas, vt carnem faciat ſimul eſſe & non eſſe carnem? perinde ac ſi inſtes, vt lucem faciat ſimul eſſe lucem & tenebras. At lucem vult eſſe lucem: tenebras, tenebras: carnem, carnem. Conuertet quidem cùm volet tenebras in lucem, & lucem in tenebras: ſed quum exigis, vt lux & tenebræ non differant, quid aliud q̃ ordinem ſapiẽtiæ Dei peruertis? Carnem igitur carnem eſſe oportet: ſpiritũ, ſpiritũ: vnũquodq; qua à Deo lege & conditione creatum eſt. Ea verò eſt carnis conditio, vt vno certoq; loco, vt ſua dimenſione, vt ſua forma conſtet. Ea conditione carnem induit Chriſtus, cui incorruptionem quidem & gloriam dedit, naturam autem & veritatem non abſtulit. Planum enim eſt clarumque ſcripturæ teſtimonium, quòd in cœlum aſcenderit, ſic venturus quomodo
In vlt. admonitione. aſcendere viſus eſt.] Hæc ibi. Similiter contra VVeſtphalum: [Supremũ illis oraculum eſt, inquit, Lutheri reſpõſio, Vnum corpus ſecũdùm humanam rationem non eſſe diuerſis in locis: poſſe tamẽ ſecundùm Dei potẽtiã. quia quicquid loquitur Deus, præſtare poteſt, & nihil apud Deũ eſt impoſsibile.

poſsibile.ac ſi quis mundũ ab æterno creatum probare vellet, quia æterna fuit Dei potentia: vel eundem ſolẽ poſſe ſimul eſſe lucidum & obſcurũ,quia Deus poteſt omnia.]Ei conſonus eſt Petrus Martyr: [Hoc vnum querimur,inquiens, vos dicere corpus Chriſti eſſe in multis locis. querimur præterea,quòd ſemper dei potẽtiã obijciatis,cũ hoc ex illarũ ſit rerũ genere, ad quas Dei potentia ſe nõ extẽdit:nempe vt multis in locis, eodem tempore,corpus humanũ ſalua natura ſua diffundatur.] Rurſum, dum ait:[Leges naturæ quædã ſunt ita cõſtitutæ,vt ſi violẽtur, cõtradictoria ſtatim pugna oriatur. Vt,ſi quis hominẽ dari velit abſq; animo vi prędito intelligendi:aut ſi quis triangulũ figurã dicat quadratã.Legib⁹ ijs naturę nulli ſunt habiti vnq̃ Theologi,qui dicerẽt Deũ poſſe obſiſtere:quandoquidẽ id nõ Dei vitio, ſed rerũ ipſarum conditione ac natura fieri non poſsit. Aliæ verò naturæ leges ita ſe habẽt,vt earũ trãſgreſsio nullã afferat cõtradictionẽ, taléſq; Dei potentia nõ ſemel victas & ſuperatas, vt diuinę literæ tradũt,nemo ambigit, qui Chriſto nomẽ dederit. Videas nũc tu Gardinere,an dicere, certũ aliquód corpus ſimul in loco eſſe,ac nõ eſſe:humanũ eſſe, ac

Contra Wintonienſem poſt 11. obiectionem.

Ad obiectionẽ 12.

Per Gardinerum intelligit Stephanũ

Epiſcopũ Wintonienſem. non humanum, contradictoria pugna opponatur. Quod itaq; à vobis in ijs portentis confingitur, ad primum allatæ diſtinctionis membrum pertinet: ideoque nos haud immeritò reclamamus.] Hæc ille. Videat lector, quinã fideliùs agant: illíne qui ita naturã corporis ſeſe perſpectam habere arbitrãtur, vt negét fieri poſſe à Deo quod Dei credit Eccleſia: an verò, qui quoniam id tradit Eccleſia, dicunt: Credimus, etiã ſi non intelligamus? Credimus autem naturæ corporis hîc nihil adeò repugnare, quin Deus poſsit ex ea facere, quod Eccleſia credit: quum de eo angelus dixerit: (multo mirabilius quiddam annuntiás, nẽpe quòd Deus fieret homo) Non erit impoſsibile apud deum omne verbum. Sicut (inquit Auguſt.) nõ fuit impoſsibile deo, quas voluit inſtituere: ſic ei non eſt impoſsibile, in quicquid voluerit quas inſtituit mutare naturas. Porrò ſi lubeat ex ſcripturis diſcere, quibus ſimiles ſint temerarij hi indagâtores naturarũ, qui diuinæ potentiæ terminos ponunt: duo inueniũtur illuſtria exempla huiuſce rei: Vnum in inſtrumẽto veteri, alterum in nouo. Nemo ignorat manna fuiſſe typum Chriſti, prout in Euchariſtia editur: vt etiam à nobis ſuprà ſatis oſten-

Luc. 1.

lib. 21. de ciuit. Dei cap. 8.

Pag. 88.

oſtenſum ex Apoſt.1.ad Corinth.10. Quid verò de eo habet Pſalmus? Dixiſſe nimirum rebelles Iudæos, Deo eſſe impoſsibile pluere panem de cœlo. Et eduxit, inquit Pſal. aquam de petra, & eduxit tanquam flumina aquas. Et appoſuerũt adhuc peccare ei, in iram excitauerunt excelſum in inaquoſo. Et tentauerunt Deum in cordibus ſuis, vt peterent eſcas animabus ſuis. Et malè loquuti ſunt de Deo: dixerunt, Nunquid poterit Deus parare menſam in deſerto? Quoniã percuſsit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. Nunquid & panẽ poterit dare, aut parare mẽſam populo ſuo? Ideo audiuit dominus & diſtulit, & ignis accenſus eſt in Iacob, & ira Dei aſcendit in Iſraël: Quia non crediderunt in Deo, nec ſperauerunt in ſalutari eius. Et mandauit nubibus deſuper, & ianuas cœli aperuit. Et pluit illis manna ad manducandum, & panem cœli dedit eis. Panem angelorum manducauit homo, cibaria miſit eis in abundantia. Quo loco Dauid vtramque populi murmurationem coniungit: tum qua murmurârunt nondum dato mãna, tum qua poſteà murmurabant, flagrãtes ſaporis deſiderio. Rectiſsimè autem hîc intelligas præfiguratos

Pſal.77.

Exod.16.
Num.11.

hodiernos hæreticos:qui multùm quidem extollunt, quòd percuſſa petra Chriſtus effudit flumina & torrentes ſpiritalium donorum:at panẽ iſtum viuum,qui Chriſtus eſt,etiam ſecundùm corpus putant fidelibus corporaliter à Deo tradi nõ poſſe: ſicut etiá in illius Pſalmi verſum, Nũquid & panem poterit dare,etc.annotauit Haymo,dicẽs:Sic quidá in Eccleſia, licet Chriſtum pro nobis mortuum confiteantur, & baptiſmi aquá in remiſsionẽ peccatorũ valere cõcedát:tamen de menſa .i. refectione corporis dñici dubitát, nõ credentes quòd Deus poſsit eos corpore & ſanguine filij ſui in hoc deſerto huius vitæ paſcere. Similia Bruno in eundẽ Pſal.dicit cõtra Berengarianos. Alterum exẽplum eſt Ioan.6. vbi infideles, horum patres,dicunt: Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire? idque ideo dicebant,quia vt hodierni hæretici, non poterant ſubſtãtiam carnis aliter animo concipere, quàm quomodo in macello venditur & in partes diſcerpitur. Chriſtus autem,velut præuidens noſtri tẽporis hæreticos longè magis ſcandalizandos ex eſu carnis ſuæ, dum ſimul crederetur in cœ-

Haymo.

lum

lum aſcendiſſe, atque hinc dicturos, nequaquã fieri poſſe, vt in terra corporaliter edatur: Hoc, inquit, vos ſcandalizat? Si ergo videritis filium hominis aſcendentem vbi erat priùs etc. In quæ verba ſcribentes, inſignes duos doctores audiamus. Animus malignus, ait Cyrillus, quęcunque non intelligit, ſtatim tanquam friuola, falſaq; per arrogãtiam eijcit, nulli cedens, nec aliquid ſupra ipſum eſſe exiſtimans: quales Iudæos fuiſſe comperiemus. Nam quum oporteret eos, qui diuinam virtutem Saluatoris ac poteſtatem, ſignorum miraculo perceperunt, ſermonem eius libenter ſuſcipere: & ſi qua difficilia videbãtur, eorum ſolutionem quærere: contrà omnino faciunt, & Quomodo poteſt hic carnem ſuam nobis dare, de Deo nõ ſine magna impietate cõclamant: nec in mentem venit, nihil eſſe impoſsibile apud Deum. Nam quum animales eſſent (vt ait Paulus) ſpiritalia intelligere non poterant: ſed fatuitas quædam tam magnum ſibi videtur myſterium. Sed nos magnum quæſo à peccatis aliorũ profectum faciamus, & firmam fidem myſterijs adhibentes, nunquam in tam ſublimibus rebus illud Quomodo, aut cogitemus aut proferamus. Iudaicum enim hoc verbum

Ioan. 6.

Lib. 4 in Ioan. c. 13

1. Cor. 2.

bum eſt,& extremi ſupplicij cauſa. Ideo
Ioan.3. Nicodemus etiam cùm diceret: Quomodo
hæc fieri poſſunt? meritò audiuit: Tu es ma
giſter in Iſraël,& hæc ignoras? Aliorũ igi-
tur, vt diximus, culpa perdocti, quum
Deus operetur, non quæramus Quomo-
do? ſed operis ſui viam atque ſcientiam illi
ſoli concedamus. Nam quemadmodum
quanuis nullus nouit quídnam ſecundùm
naturam Deus ſit, iuſtificatur tamen per
fidem, quum credat præmia illum reddi-
turum quærentibus eum: ſic etſi operum
eius rationem ignorat, quum tamen fide
omnia illum poſſe non dubitet, non con-
temnenda probitatis huius præmia conſe-
quetur. Ita profectò nos affici per prophe-
tam Eſaiam dominus ipſe hortatur. Non
Eſaiæ 55. enim ſunt conſilia mea, inquit, vt conſi-
lia veſtra: nec ſicut viæ veſtræ viæ meæ
ſunt, dicit Dominus: ſed ſicut exaltatur
cœlum à terra, ſic exaltatæ ſunt viæ meæ
à vijs veſtris,& cogitationes meæ à cogi-
tationibus veſtris. Qui autem ſapientia à
virtute & Deo excellit, quomodo non
operabitur ita miraculosè, vt operum
ſuorum ratio mentem noſtram effugiat?
Nónne vides quid ſæpenumero mecha-
nici faciunt? Incredibilia videntur nobis
nonnun-

nonnunquam enarrare, ſed tamen quia ſimilia ipſos feciſſe vidimus, poſſe peragi ab ipſis facilè credimus. Quomodo igitur ſummis cruciatibus digni non erũt, qui rerum omnium opificem Deum ita contemnunt, vt, Quomodo? in operibus ſuis dicere audeant, quem totius ſapientiæ largitorem eſſe non ignorant: quem omnia poſſe ſcriptura nos docuit? Si verò tu, ô Iudæe, Quomodo, etiam nunc clamas: hanc tuam impudentiam ego quoque ſequutus, libenter quomodo ex Ægypto exiuiſti rogabo. quomodo Exod. 13. in ſerpentem Moſaica fuit virga conuerſa? Exod. 7. quomodo lepra manus affecta, vno momento temporis in priſtinum ſtatum reſtituta iterum fuit? Num. 12. quomodo in naturam ſanguinis aquę trãſierũt? quomodo patres Exod. 7. tui per media maria, vt per aridam effugerunt? Exod. 14. quomodo per lignum amaritudo aquarum in dulcedinẽ recidit? Exod. 15. quomodo è lapide fontes aquarum fluebant? Exod 17. quomodo ſtetit Iordanis? Ioſue 3. quomodo ſolo clamore inexpugnabilis Iericho cecidit? Ioſue 6. Innumerabilia ſunt, in quibus ſi Quomodo quæris, vniuerſam euertere tibi ſcripturã neceſſe erit, prophetarum doctrinam, & ipſius Moyſis ſcripta contemnenti. Quarè credi-

crediđiſſe Chriſto potiùs vos oportuit, & ſi quid arduum videbatur, ab eo humiliter petere, quàm veluti temulentos exclamare: Quomodo poteſt hic carnem ſuam nobis dare? Nónne videtis, quia cũ hæc dicatis, ſtatim cum iſta voce arrogantia magna ſignificatur? Hæc ille. Chryſoſtomus alter eſt: Quãdo, ait, ſubit quæſtio quomodo aliquid fiat, ſimul ſubit & incredulitas. Ita & Nicodemus perturbatus eſt, inquiẽs: Quomodo poteſt homo in ventrem matris ſuæ iteratò introire? Itidẽ & hi nunc: Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? Nam ſi hoc inquiris, cur non idem in quinque panum miraculo dixiſti, quomodo eos in tantum auxit? quia tunc tantùm ſaturari curabant, non conſiderare miraculum. Sed res ipſa tunc docuit, inquies. Ergo ex eo & hæc credere oportuit ei facilia factu eſſe. Propterea id priùs fecit miraculum, vt per illud non eſſent ampliùs increduli his quæ poſtmodum diceret. Illi quidem tunc temporis nihil ex his dictis, nos ipſius beneficij vtilitatem cœpimus. Quarè neceſſariò dicendum, quàm admiranda myſteria, & cur data ſint, & quænam eorum vtilitas. Hæc Chryſoſtomus. Eadem apud vtrunque

Ioan. 6.

Homil. 45. in 6. Ioannis.

poteſt

poteſt quis videre in illud: Quomodo poteſt homo naſci, cùm ſit ſenex? Theophilactus ſimilia dicens in illud idem ſextum caput Ioannis, etiam Euchariſtiæ nominatim meminit, vt Chryſoſtomus. Cæterùm Petrus Martyr, velut facilè hæc eneruaturus, obijcit Mariam interrogaſſe: Quomodo fiet iſtud? & Chriſtũ, Quomodo filius Dauid eſt Chriſtus? Sed cũ Auguſtino reſpondeo, huiuſmodi quæſtiones ex intentione diſcerni. Maria interrogauit: ſed credens futurum quod angelus dixit, ac modum tantùm ſcire cupiens, quo res tanta fieret: præſertĩ, quia ei⁹ intererat, eò quòd id cũ voto virginalis continentiæ pugnare videretur. Et Chriſtus docẽdi cauſa interrogauit, Quomodo dominus Dauid eſſet filius Dauidis. Iſti autẽ, ſicut Iudæi, interrogant non credentes Deo modum eſſe, quo rem de qua quærunt perficiat.

Ioan. 3.

Lucæ 1.
Matt. 22.

Super numer. c. 10

His obiter præmiſsis (ex quibus nimirum tanquam figura oſtenditur, quales ſint hæretici hodierni) ſubijciamus deinde duos ſcripturæ locos, in quibus Dei potẽtia ſupra omnem naturam corporum prædicatur: videamuſq; quomodo aduerſarij noſtri ſudent, vt robur eis adimant. In vno quidem dicitur, quid Deus poſsit in corpore face-

pore facere:in altero verò,quid Deus fecerit. Priorē habemus Matthæi 19. Dico vobis,ait Chriſtus:Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnū cœlorū: & admirātibus diſcipulis,dixit illis:Apud homines hoc impoſsibile eſt,ſed non apud Deum. Quòd verò Chriſtus voluerit dicere, etiā vtrūq; impoſsibile hominibus eſſe(& cameli trāſitum per foramen acus, & diuitis introitum ad regnum cœlorum) euidens eſt ex admiratione diſcipulorum, qui dicebant: Et quis poterit ſaluus fieri? etenim nullā alioqui rationem haberet quæſtio Apoſtolorum:ſi videlicet Chriſtus dixiſſet,cameli per foramen acus tranſitum difficilem quidem,ſed nō impoſsibilem hominibus. Nam facilè intellexiſſent Apoſtoli, difficile quidem eſſe quòd diues intret regnum cœlorum,ac certè difficilius,quàm quòd camelus tranſeat per foramē acus: nihilominus tamen, non adeò magnam hîc eſſe difficultatem, quin ea poſsit ab aliquo homine ſuperari. Deinde apud Lucam dicit Dominus: Quæ impoſsibilia ſunt apud homines,poſsibilia ſunt apud Deum de vtroque videlicet loquens, & diuitis ingreſſu in regnum,& cameli tranſitu per foramen

Lucæ 18.

foramen acus. Tanto autem illius ingreſſus in regnum difficilior eſt cameli trãſitu per foramen acus, quanto magis reſiſtit praua voluntas & ingenium hominis, cui contra virtutem veram arma ſunt diuitiæ, quàm corpus brutale per magnitudinem ſuam & tortuoſam formam reſiſtit tranſitui per arctum illud foramen acus. Hoc quippe ſi trahatur, non reſiſtit per ingenium & rationem, ſicut hominis animus.

Adde: ſicut res ſpiritualis multo nobilior eſt corporali, ita impedimentum quod ab ea quis patitur, multo maius eſt corporali. Proinde, cùm homo virtuti reſiſtit, vehementiùs id facit, quàm quæuis aliæ res, ratione non præditæ, ſuis contrarijs reſiſtunt. Quod ſanè etiam Ariſtoteles bene animaduerterat, dum primo libro Polyticorum ſcripſit ad hunc modum: Cap.2. Vt perfectione ſuſcepta optimum cunctorum animalium eſt homo, ita ſi alienus fiat à lege & à iudicijs, peſsimum eſt omnium animalium. Sæuiſsima enim eſt iniuſtitia tenens arma. Homo verò arma tenet per innatam prudentiam atque virtutem: quibus plurimùm valet in cõtrarium vti.

Itaq; impijſsimum & immaniſsimum eſt, ſine

eſt, ſine virtute ad libidinem cibationemq́; deterrimum. Hæc Ariſtot. Si per innatam prudentiam homo malus tenet arma ad malum: quanto magis ſi adſint ei diuitiæ, quibus obediunt omnia? Habemus igitur ex ſcripturæ textu, hominibus impoſsibile eſſe, efficere vt tranſeat camelus per foramen acus, cùm Deo id ſit poſsibile: (etiam ſi nomine cameli cum Theophilacto malis funem nauticum intelligere quã cum Origene, Hilario, Hieronymo, Ambroſio, & Auguſtino notum illud animal, quod apud Orientales reperitur) Quod ſi fieret, profectò mox humana ratiocinatione colligeres, cameli naturã tolli, ſicut corporis Chriſti tolli aſſeris, cùm creditur diuina potentia ſimul duobus in locis eſſe. Hoc tametſi nunquam factum ſit (vt camelus tranſiret per foramen acus) tamen Chriſtus dixit, Deo eſſe poſsibile: inquit Auguſtinus. Quid hìc dicent ſcrutatores corporalium dimenſionum, ex natura corporis fidem Eccleſiæ impugnantes? An, vt ſunt non ſubtiles, ſed futiles: Deo dicent poſsibile, naturam creare cameli in quantitate tenuis fili, vt ſic trãſeat camelus per foramen acus? At ſecundùm hanc imaginationem nõ eſt impoſsibile hominibus,

Hier. in Matth. Ambroſ. in Lucã. Augu. q. 47. lib 2 quæſtio. euãgel.

Cap. 1. li. de ſpiritu & litera.

facere

facere vt camelus tranſeat per foramen acus: nec verũ erit Chriſti verbum, Apud homines hoc impoſsibilè eſt: ſed eis tantùm erit impoſsibile, exiguum illum & fictitium camelum producere. Porrò non creationem exigui cameli, ſed tranſitum ingenti ſtatura beſtiæ per anguſtum foramen acus, dixit eſſe hominibus factu impoſsibilem. Quòd ſi tali imaginatione tu camelum ad fili tenuitatem extenues: vt Deo factu poſsibilem tranſitum eius per foramen acus oſtendas: ego contrà, foramen acus in amplitudinem magnæ portæ extẽdam, faciens acum cuius foramen camelo ingenti ſit latius: vt hominibus contra Chriſti definitionem, poſsibilem per foramen acus traductionem faciam. Si autem fingant, nomine acus Chriſtum intellexiſſe arctam quandam portam, quæ in Hieruſalem fuerit, quamque non niſi onere depoſito poterant tranſire cameli: erit item falſum: Hoc apud homines impoſsibile eſt: vt mentitus ſit Chriſtus, & leuiter admirati Apoſtoli. Itidẽ prætereo ſtultas alias imaginationes, re parũ à iam dictis differentes: quòd (exempli gratia) camelum poſſet Deus quaſi gluten extenuare: atque ita ſenſim per anguſtum illud

ſoramen traducere. amplectens quod veritas habet: Poſsibile eſt camelum per foramen acus tranſire, non tamen, apud homines, ſed apud Deum. Quomodo autem faciat hæc poſsibilia Deus, inquit Origenes, ipſe ſcit, & Chriſtus eius, & cui reuelauerit Chriſtus.

Hom. 8. in 19. ca. Matth.

Altera ſcriptura eſt Ioannis vigeſimo, vbi dicitur Chriſtus introiſſe ianuis clauſis domũ in qua erant Apoſtoli. quo non ſolũ quid poſsit, ſed & quid fecerit Deus, oſtenditur, & omnis iſtorũ ratio penitus corruit. Chriſtus nãq; non minùs poſt reſurrectionem quàm antè corpus habebat, quod carne, oſsibus, & neruis conſtabat: quod palpabile erat, & magnã ſuã, nempe virilem, ſtaturam retinebat: in quo ſuum quemq; locum occupabant membra, ac ordinẽ cuſtodiebãt: & iam tam ſolidã quantitatẽ, quæ locũ repleret, ac antè, habebat. Explicent ergo nobis hi, quomodo cum illo ianuarum craſſum corpus ſubſtiterit? ianuarum, dico, quæ ex lignis ſolidis ferramentiſq; erant compactæ. Iuxta horum ſapientiam: ſi duo erant corpora, Chriſti nimirum & ianuæ, neceſſe erat, vt haberẽt loca diſtincta: nec poterat corpus denſum ac ſolidum, ex vno loco, vbi Petro

Lucæ 24.

vel

vel Cleophæ apparuerat Chriſtus, venire ad locum diſcipulorum, niſi intermedio loci ſpatio priùs tranſcurſo, & proinde ianuis apertis. At Euangeliſta, neglecta hac philoſophia, Ieſum dicit & veniſſe & ianuis clauſis ingreſſum: oſtendés nimirum omnem philoſophicam ex natura corporis petitam rationem, Dei inſcrutabili potentiæ cedere. Et hac in re multùm ſub Dei potentia ſeſe humiliârũt Veteres, hoc ſibi fatentes prorſus inſcrutabile. Nobis intelligendũ eſt (inquit Iuſtinus, aut quiſquis ſit author quæſtionum ad orthodoxos) ea quæ ſunt earũdem virium, habere eandem fidem, ſiue cõcedãtur, ſiue tollantur. Habent autem eaſdem vires, ambulare ſuper mare corpore nõ mutato, & intrare ad Apoſtolos corpore nõ mutato, clauſis ianuis. Item intelligendũ eſt fieri nõ poſſe, vt quæ ſupra naturá in natura fiunt diuina poteſtate, ea ratione naturæ exhibeantur. Itaq; territis tali ingreſſu diſcipulis, permiſit palpare paſſos locos ſui corporis, quoniá non mutatione corporis in ſpiritũ ingreſſus erat ad eos, ſed cum craſſo corpore, diuina ſua poteſtate effectrice rerũ quæ ſunt ſupra naturá. Pulcherrimè item Hilari⁹: Sed te, quiſquis es, inquit, inueſti- Quæſt. 117. Li. 3. de Trinit.

gabilia ſectantem, & diuinorũ ſecretorum atque virtutum grauem arbitrum cõſulo, vt mihi imperito, & tantùm de omnibus Deo vt ſunt ab eo dicta credenti, rationem ſaltem facti iſtius afferas. Dominũ audio, & quia his credo quæ ſcripta ſunt, ſcio iam poſt reſurrectionem frequenter vidẽdum ſe in corpore præbuiſſe multis nõ credentibus; certé & Thomæ, nõ niſi cõtrectatis eius vulneribus credituro. ſicut ait: Niſi videro in manibus eius figuram clauorũ, & miſero digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meã in latus eius, non credam. Dominus ad omnem ſe intelligentiæ noſtræ imbecillitatem accommodans, & dubitationi infidelium ſatisfacturus, arcanum inuiſibilis virtutis operatur: facti rationem quiſquis eris cœleſtium rerum ſcrutator, expone. Erant diſcipuli incluſi, & ſecretò poſt paſsionem domini cõgregati conſederant. Dominus Thomæ fidem propoſitis conditionibus confirmaturus aſsiſtit, palpandi corporis & contrectandi vulneris obtulit facultatẽ: & vtiq; qui compunctus recognoſcendus ſit, neceſſe eſt vt corpus in quo eſt compunctus attulerit. Quæro ergo per quas clauſæ domus partes ſeſe corporeus intulerit.

Ioan 20.

Diligen-

Diligenter enim Euangeliſta expreſsit, dicens: Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio diſcipulorum ſuorum. An conſtructa parietum penetrans, & ſolidam lignorum naturam impenetrabilem tranſcurrit? Stetit namq́ue corporeus, non ſimulatus aut fallax. Sequantur ergo oculi mentis tuæ penetrantis ingreſſum, & cum eo clauſam domum intelligentiæ tuæ viſus introeat. Integra ſunt omnia et obſerata: ſed ecce aſsiſtit medius, cui per virtutem ſuã vniuerſa ſunt peruia. Inuiſibilibus calumniaris: ego à te viſibiliũ expoſco rationem. Nihil cedit ex ſolido, neq; per naturam ſuam aliquid tanquam lapſu inſenſibili ligna & lapides admittunt. Corpus domini à ſeſe non deficit, vt ſeſe reſumat ex nihilo: & vnde qui aſsiſtit in medio eſt? Cedit ad hæc & ſenſus & ſermo, & extra rationem humanam eſt veritas facti. Idcirco ergo, vt de natiuitate domini fallimur, ita & de ingreſſu Domini mentiamur. Dicamus factum non fuiſſe, quia intelligentiam facti non apprehendimus: & ceſſante ſenſu noſtro, facti ipſius ceſſet effectus. Sed mendacium noſtrum facti ipſius fides vincit. Aſsiſtit dominus clauſa domo in medio diſcipulorum: & filius

Ioan. 20.

Videtur loqui Caluiniſtis.

eſt natus ex patre. Noli negare quod ſteterit; quia per intelligentiæ infirmitatem conſiſtentis non conſequaris introitum. Noli neſcire, quòd ab ingenito & perfecto Deo patre, vnigenitus & perfectus filius Dei natus ſit: quia ſenſum & ſermonem humanæ naturæ virtus generationis excedat. Et omnia quidem inſuper mundi opera adeſſe nobis in teſtimoniũ poſſent, ne ambigere de Dei rebus atque virtutibus fas crederemus: ſed in ipſam veritatem infidelitas noſtra procurrit, & violenti in excidium Dei poteſtatis irrumpimus. Si liceret, & corpora & manus in cœlum leuaremus, ſolem aſtraque cætera annui curſus ſuis limitibus perturbaremus, permiſceremus diſceſſus Oceani & acceſſus: fluenta etiam fontium inhiberemus, & naturas fluminum refrenaremus: concuteremus fundamenta terræ, & toto in hæc opera Dei particidio deſæuiremus. Sed bene, quòd nos intra hanc modeſtiæ neceſsitatẽ natura corporũ detinet. Certè nõ fallimus. quid ſi liceret, eſſemus acturi? Namq; quia non poſſumus, prophana voluntatis audacia naturam veritatis cõuellimus, & bellũ dictis Dei comparamus. Hactenus Hilarius. Eodem modo Chryſoſt.

Eadem dicit. li. contra Conſtantiũ Auguſtum.

Quo-

Quomodo introiuit Chriſtus ianuis clauſis ad diſcipulos ſuos, ſuper mare ambulauit etc? quia iſta ſuper nos ſunt; & rationẽ de talibus miraculis reddere nõ valemus: fide tenemus. Ambroſius: Habuit admirandi cauſam Thomas, cùm videret clauſis omnibus per inuia ſepta corporibus, inoffenſa compáge, corpus Chriſti inſertum. Et ideo mirum, quomodo ſe natura corporea per impenetrabile corpus infuderit, inuiſibili aditu, viſibili conſpectu, tangi facilis, difficilis æſtimari. Auguſtinus: Ipſa virtus, inquit, per inuiolatæ matris virginea viſcera mẽbra infantis eduxit, quæ poſteà per clauſa oſtia, mẽbra iuuenis introduxit. Hîc ſi ratio quæritur, nõ erit mirabile, ſi exemplum poſcitur, non erit ſingulare. Demus Deũ aliquid poſſe, quod nos fateamur inueſtigare non poſſe. In talibus rebus, tota ratio facti eſt potentia facientis. Hæc ibi. Ad iſtud etiam facit, quod refert libro, 22. de ciuitate Dei. clariſsimam fœminam Petroniam, ex Iudæi cõſilio cinctam vinculo, cui annulus erat inſertus, ad limina prothomartyris Stephani perrexiſſe. Vbi deinde quid contigit narrans, Poſteà, inquit, annulum illum ante pedes ſuos iacentem vidit, & capilla-

Hom. 2. in ſymb. apoſtol.

Lib. 10. in Lucã cap. 24.

Epiſt. 3. quæ eſt ad Voluſianum.

Benè notãda ſententia.

Cap. 8.

capillatiam zonam qua fuerat alligatus, mirata tentauit. Quam cùm omnino ſuis nodis firmiſsimis, ſicut fuerat, comperiſſet aſtrictam, crepuiſſe, atque exilijſſe annulum ſuſpicata eſt. Qui etiam ipſe cùm integerrimus fuiſſet inuentus, futuræ ſalutis quodammodo pignus de tanto miraculo ſe accepiſſe præſumpſit, atque illud vinculum ſoluens, ſimul cum eodem annulo proiecit in flumen (non ampliùs ſcilicet ſuperſtitioſo Iudæi conſilio, ſed Martyri fidens). Non credunt hoc, qui etiam Dominum Ieſum per integra virginalia matris enixum, & ad diſcipulos oſtijs clauſis ingreſſum fuiſſe non credunt. Sed hoc certè quærant, & ſi verum inuenerint, illa credant. Clariſsima fœmina eſt, nobiliter nata, nobiliter nupta, Carthagine habitat: ampla ciuitas, ampla perſona, rem quærentes latére non ſinunt. Martyr certè ipſe, quo impetrante illa ſanata eſt, in filium permanentis virginis credidit, in eum qui oſtijs clauſis ad diſcipulos ingreſſus eſt, credidit. Hæc Auguſtinus.

Lib. 12. in Ioannem c. 35. Cyrillus: Clauſis foribus, ait, repentè Dominus omnipotentia ſua, natura rerum ſuperata, ingreſſus ad diſcipulos eſt. Nullus igitur quærat quomodo

clauſis

clauſis ianuis corpus domini penetrauit, quum intelligat non de homine nudo, vt modò nos ſumus, ſed de omnipotente filio Dei hæc ab Euangeliſta conſcribi. Nam quum Deus verus ſit, rerum naturæ non ſubiacet: quod in cæteris quoque miraculis patuit. Omnem enim mẽtem ac rationem excedunt quæ fecit. Qua enim ratione dices ipſum ſuper maria, quaſi per aridã ambulaſſe, quum aquarum natura corporibus noſtris naturaliter non ſubſternatur? Aut quomodo mille alia ſigna verbo ſolùm effecit? Scio quia ſupra omnẽ rationem humanam illa fuiſſe contendes. Cum illis igitur hoc etiam numera, nec (vt quidam ex imperitia dicunt) credas nõ ſurrexiſſe cum corpore ſuo dominũ, ſed nudum corpore omnino apparuiſſe. Quòd ſi hãc operationem Chriſti percipere nequeas, cur potiùs ingenij humani imbecillitatẽ non accuſas? Cur non ſeruas ſilentio datam tibi à creatore menſuram? Ecce, præclari hi patres conformiter agnoſcunt inſcrutabile nobis eſſe, quo pacto Chriſti corpus intrauerit domum ianuis clauſis. Porrò id contra naturam humani corporis eſſe (in domum ſcilicet intrare ianuis clauſis) etſi ſatis per ſe notum ſit, tamen etiã Hieronymi poteſt teſti-

Matth. 14

teſtimonio probari, lib.1. contra Iouinianum dicentis: Et Saluator in tantũ ipſum corpus habuit poſt inferos, in quo crucifixus eſt, vt manus perforatas clauis, & lateris vulnus oſtenderet. Porrò ſi clauſis ingreſſus eſt oſtijs, quod humanorum corporum natura nõ patitur: ergo & Petrum
Matt. 14. & dominũ negabimus vera habuiſſe corpora, quia ambulauerũt ſuper aquas quod contra naturam eſt? Rurſum: (vbi aduerſus errores Ioannis Hieroſolymitani agit.) Quod, inquit, clauſis ingreſſus eſt oſtijs, eiuſdem virtutis fuit, cuius & ex oculis euaneſcere. Lynceus (vt fabulæ ferunt) videbat trans parietem. Dominus clauſis oſtijs niſi phantaſma fuerit, intrare non poterit? Aquilæ & vultures tranſmarina cadauera ſentiunt: Saluator Apoſtolos ſuos niſi oſtium aperuerit, non videbit? Dic mihi acutiſsime diſputator, quid eſt maius: tãtam terræ magnitudinem appendere ſuper nihilum, & ſuper aquarum incerta librare, an, Deum trãſire per clauſam portam, & creaturã cedere creatori? Quod maius eſt, tribuis: quod minus eſt, calumniaris. Hæc Hieronymus. In quibus verbis, quod poſtremò dicit, Creaturam cedere creatori: non ſignificat oſtium Chriſto

introeunti

introeunti ceſsiſſe, ſed, quòd legibus corporalium creaturarum non ſubiaceat creator. Ideoque non naturæ aut conditioni glorioſi corporis, ſed miraculo diuinitatis aſcribunt iſtud Leo, Sophronius Epiſcopus Hieruſalem, & Gregorius Papa. Eóſque inſequitur Thomas, vt doceat corpori glorioſo non niſi miraculo omnipotentis competere, aliquò intrare ianuis clauſis. Bonauentura autem, diſtinctione 49, quarti libri Sententiarum, contrarium opinatur, cum Damaſceno (lib. 4. cap. 19. & 28.) Theophilacto, in vltimum caput Lucæ, Amphylochio Epiſcopo Iconij, à Theodoreto citato dialogo 2. & Epiphanio in hæreſi Origenis, ac fortaſſe etiá Euthymio, qui in vltimum caput Ioannis dicit, Chriſtum ianuis clauſis ingreſſum vt Deum, & quia immortale corpus habebat.

Leo ſer. 1 de reſur. & cap. 5. epiſt. 10. quæ eſt in ſynod. Calchedoné approbata. Sophronij in epiſtol. quæ Act. 11. ſynodi 6 legitur. Gregor. hom. de octaua Paſchæ.

Sed fortè, quod ad Epiphaniū, Amphylochium, Damaſcenum, & Theophilactum ſpectat, reſponderi poſsit, duo in nobis obſiſtere, quo minus per ianuas clauſas poſsimus intrare: nempe & corruptibilitatem corporis, qua fit vt nequeant flecti membra noſtra eo modo, quo poſt reſurrectionem facilè flectentur: & quantitatem corpoream. illud impedimentum

aufertur

auſertur gloria reſurrectionis, hoc, duntaxat miraculo omnipotentis. Cæterùm, in eo omnes citati doctores conueniunt quod dicimus, Chriſtum nimirum ianuis clauſis ingreſſum, ſeu per clauſas ianuas.

At vide quid contra hæc comminiſcantur hęretici, ne capiantur retibus veritatis, néve fateantur hîc eſſe, quod dicant ſe inueſtigare non poſſe: ne quid denique eripi ſibi videant, vnde aduerſus Eccleſiæ fundatiſsimam fidem ſeſe armant. Berẽgarius nimirum (vt teſtis eſt Guitmundus) ſimpliciter negat, Chriſtum ianuis clauſis intraſſe ad diſcipulos. Diſcipulus autem eius Caluinus (Inſtitutionis ſuę c. 18. paragr. 26. & cõtra VVeſtphalum multis in locis) dicit Chriſtum ianuis clauſis intraſſe hac ratione, [quia nõ expectauit donec fores ſibi accurrentis manu aperirentur, ſed ſua virtute patefecit eas, ſibique iuſsit cedere.] Et addit: [Qui de nihilo creauit omnia, poteſt ad tempus in nihilũ redigere, quæ videntur impedire progreſſum operum eius. Et ſanè quorſum redacta corpora eſſe dicemus, quibus & angelos ſuos, & ſeipſum induit Deus poſtquã executus eſt quod volebat? Prodierũt igitur corpora Dei mandato, & poſteà euanuerunt.] Hîc Caluinus

in il-

in illud quod catholicos ſentire calumniatur, incurrit, dicens Deum in nihilum aliqua corpora redigere. cõtra Auguſtinum, dicentem nunquam corpus, quantũcunq; varietur & mutetur, à veritate corporis in genere recedere. Non enim vnquã ita pœnitet Deum creationis rerum, vt eas in nihilum prorſus redigat: eò quòd ex rei annihilatione nulla eſt ei gloria. nihil odit eorum quæ fecit, ait Sapiens. Eum deinde Petrus Martyr ſequitur: ſed aliud committiſcẽs, dum ait, [partes oſtij & lapides cedere potuiſſe, donec corpus domini tranſiret, & poſt illud obſequium rurſus potuiſſe coniungi: vel, dominum potuiſſe vi ſua rarefacere ſolida, & dẽſare cùm voluerit: vel, nõ per ianuas, ſed aliũde poſſe dici ingreſſum.] Sed quid, obſecro, omnes hæ ſolutiones efficiunt, niſi vt ridiculè dixerit Euangeliſta, dominũ ianuis clauſis ingreſſum? dum nimirũ, iuxta eos, Chriſtus vel patefecit, vel deſtruxit ſibi ingreſſuro ianuas (ſiue eas in nihilũ redigendo, ſiue faciendo earum partes ſibi cedere, ſiue etiam in aëream tenuitatem rarefaciendo) vel aliunde (ſi libeat, per feneſtram) domũ intrauit: ſicut fur & latro. Vides, amice lector, ſomnia horum phyſicorum. Res cùm ſe pro-

Suprà pag. 168.

Sap. 11.

Apud eũ Fol. 37.

Fol. 42.

Fol. 43.

ſe prodit, ſeipſam confutat. Itáne Ioannes Euangeliſta, narrator miraculorum diuinitatis, putabitur friuolis ſophiſticiſq; nugis ſeſe occupaſſe? Abſit. Ex Durádo autem videntur ſpecioſas has ſolutiones acQuæſt. 6 ad 3. argumen. cepiſſe, qui diſtinct. 44. quarti Sententiarum, ait: Chriſtus intrauit cùm fores eſſent clauſæ, ſed non dicitur, per ianuas clauſas. Potuit enim intrare per feneſtras, aut alium aliquem locum. Et ſi per ianuas intrauit, potuerunt ianuæ ſubitò aperiri & ſubitò claudi, ita vt apertio & clauſio latéret diſcipulos: & quia res non dicitur fieri, quando non innoteſcit, dicuntur ianuæ fuiſſe clauſæ, quia apertio earum nulli patuit. Vel poteſt dici, quòd Chriſtus potuit figuram corporis mutare in anguſtam, & ſic intrare per quamcũque rimam. B. Auguſtinus videtur tenere hunc modũ. Hæc Durandus. vbi non rectè dicit, Auguſtinum affirmare Chriſtum per rimam intraſſe. Tantùm enim dicit Auguſt. Chriſtum potuiſſe corpus ſuũ ad quãtam vellet ſubtilitatem, in momento temporis redigere, vt per clauſa oſtia poſſet intrare: non quòd tunc corpus ſua careret quantitate, vel membrorum diſtincto ſitu: ſed quia diuina potentia fieret, vt corporis quantitas

Ita poteſto & ego intrare ianuis clauſis.

titas in tranſitu non impediretur oſtij quantitate: data ſcilicet corpori virtute tranſeundi per ſolidum corpus, & quantitatem ſuam ponendi cum quantitate corporis alterius: quæ virtus ſubtilitas appellatur. Alioqui, ſi ſubtilitatem accipias vt ſit extenuatio corporis, iam hæc corporis glorificati non perfectio eſt, ſed imperfectio. Verba eius ſunt: Nec nos moueat, quòd clauſis oſtijs ſubitò eum apparuiſſe diſcipulis ſcriptum eſt, vt propterea negemus illud fuiſſe corpus humanum, quia contra naturam huius corporis videmus illud per clauſa oſtia intrare. Omnia enim poſsibilia ſunt Deo. Nam & ambulare ſuper aquas, contra naturam huius corporis eſſe manifeſtum eſt, & tamen non ſolùm ipſe dominus ante paſsionem ambulauit, ſed etiam Petrum ambulare fecit. Ita ergo & poſt reſurrectionem ſuam de corpore ſuo fecit quod voluit. Si enim potuit ante paſsionem clarificare illud ſicut ſplendorem ſolis, quare non potuit & poſt paſsionem ad quantam vellet ſubtilitatē in temporis momēto redigere, vt per clauſa oſtia poſſet intrare? Hæc ille.

Libro de agone chriſtiano. ca.24

Matth.17

Sed ne quis Caluinum vt ingenioſum demiretur, qui tot nôrit inſultus nobis exci-

Maiores Caluini.

excitare (quanquã nõ niſi meræ in Deum blaſphemiæ ſint) cogitetur quinam in hac re Maiores eius fuerint : quis pater , quis auus,quis proauus . Fuit quidam VValdo: à quo VValdenſes & Pichardi (quos pulchrè traducit Iacob⁹ Zieglerus ex Landau Bauarię)Hi verò imitantur ter damnatum Ioannem VViclef, præcipuum Berengarij diſcipulum,dicentem in libro de Apoſtaſia cap.10.[Sicut Deus non poteſt facere eandem rem in numero eſſe ſimul per diuerſa inſtantia,ſic nec poteſt facere eãdem eſſentiam materialẽ eſſe ſimul per diuerſa loca.] Fatua fatui cerebri anguſtia, neſciens intelligere quòd diuerſa inſtantia ſimul eſſe nequeant,quia ſucceſsiua ſunt , & ſucceſsiuorum hæc eſt natura , vt partes non ſint ſimul,ſed iam vna præſente , alia præterierit. Naturæ loci autem non repugnat, eodem tempore eſſe cum alio loco . vt omittamus Deum poſſe plures mundos creare, quorum tempora & inſtantia ſimul erunt. At vertamus argumentum : Deus quotidie facit vt corpus in eodem loco permanens ſit in diuerſis temporibus , præſenti, præterito, & futuro:igitur poteſt efficere, vt idem corpus eodem tempore ſit in diſtantibus locis. Iterum in eodem capite eiuſdem

vide Thomã Waldenſem tom. 2.c. 72 & 73.

eiuſdem libri [Non poteſt Deus facere (ait VViclef) diuerſas ſubſtãtias materiales ſimul tempore per eundem locum adæquatum: cùm corpora ſecundùm dotẽ ſubtilitatis ſeipſa penetrant, & non ſunt propriè coextẽſa.] Mauult VViclef, vt Dei potentiæ limites præfigat, gentiles ſequi philoſophos, reprobatos Leucippum & Democritum, ponentes foramina vacui in quolibet corpore, & penetrationem per atomos (vt teſtis eſt Auguſt. epiſt. ad Dioſcorum) Epiſt. 56. quàm catholicam Eccleſiã, & ſcripturam, dicentem Chriſtum non per poros ianuæ, ianua penetrãte Chriſti poros, intraſſe: ſed per clauſas ianuas. Capite autẽ 5. eiuſdem libri. [Hic ſępe dixi, inquit, quòd nec Deus De apoſtaſia. nec homo poteſt facere accidens ſine ſubiecto]. vt Cochleus refert libro 2. hiſtoriæ Huſsitarum. Plus VViclef ſuo fidebat ingenio, quàm doctoribus ſe præcedentibus, qui omnes ponunt, & Chriſti corpus non mutari per accidentia panis, & panẽ in hoc ſacramento non manere, ſed adeſſe corpus Chriſti ſub panis accidentibus. Imò etiam in prima rerum creatione iſtud locum habuiſſe, aſſerũt quidam eorum: nẽpe lucem illam primã, quæ ad diẽ quartum vſq; fuit, in ſubiecto non fuiſſe. Sic enim habebant Baſilius

homil. 6. hexameron. Damaſ. lib. 2 cap. 7.

ſe illa primigenia lux & ſol, ſicut albedo & corpus dealbatũ, ait Baſilius. Necdum natus erat VViclef, qui illos doceret, diuinam potentiam non poſſe ponere accidens ſine ſubiecto. Vides ergo, lector, è qua ſtirpe proceſſerit Caluinus, vt etiam ipſe non degener, metas conſtitueret immenſæ Dei potentiæ. Quinimò, eò vſque miſer & non miſerabilis progreditur, vt etiam miſericordiæ Dei, qua maximè indiget, limites præfigat, tractans illam partem ſymboli: Remiſsionem peccatorum. Metitur enim, non arenam maris, pluuiæ guttas, dies ſeculi, non altitudinem cœli, latitudinẽ terræ, aut profundum abyſsi: ſed Dei potentiam, præcedentem omnia, & Dei miſericordiam, omnia eius opera excedẽtem. Et adhuc Chriſtiani vocari volunt, qui eiuſmodi hominẽ, Deum ſub ingenium ſuum redigentẽ, pro magiſtro habent? Ne autem impietatem hanc falsò ei videamur aſſcribere, verba eius videâtur. [Negat (inquit) Apoſtolus, eos qui ſcienter veritatẽ Euangelij cognitam oppugnare pergunt, poſſe ad pœnitentiam reſurgere, quòd ſcilicet æterna cæcitate ob ſuam ingratitudinem iuſto Dei iudicio percuſsi ſunt.] Dominus in Euangelio, loquens de perfidis Iudæis, dicit

Caluinus vt Dei omnipotẽtię metas cõſtituit, ita & miſericordiæ.

Ca. 8. ſectiõe 219.

Luc. 13.

dicit non antè claudendum oſtium cœleſtis aulæ, quàm venerit dies iudicij, quando impij videbunt patriarchas & prophetas in regno Dei, ſeque expelli foras. Non igitur clauſum eſt oſtium hominibus hîc viuentibus. Sic & apud Matthæum, clauſam dicit ianuam, cùm virgines prudentes cum fatuis ſurrexiſſent, & quę paratę erant, intrauiſſent. Quod Apoſtolus ſequens, ſtatutum dicit omnibus hominibus ſemel mori: & poſt hoc, iudicium. Et ante eum Eccleſiaſtes, non antequam cadat lignum, ſed poſtquam ceciderit, immobiliter futurum dicit, in quemcunque locum ceciderit. Manifeſtiſsimè verò huic miſericordiæ Dei extenuationi & coarctationi aduerſantur Chriſtus & Apoſtoli, iubentes nos orare pro omnibus perſecutoribus, nullo habito diſcrimine perſecutorum. quod ſanè ex ipſo Chriſti & ſanctorum facto intelligitur. Orauit enim Chriſtus etiam pro ijs, qui non tantùm agnitam veritatem (quòd ſcilicet ipſe eſſet Chriſtus, & vineæ ſynagogæ hæres) oppugnârunt: ſed etiam per malitiam circa priùs agnitam veritatem excæcati erant: longè peiores per voluntariam cæcitatem effecti, quàm

Matt. 25. Heb. 9. Cap. 11. Matth. 5. 1. Tim. 2. Luc. 23. Vide Auguſt. ſer. 8. & 9. de verbis Apo-

ſtoli, & cum veritatem ſcientes oppugnarét. * Sic
Leonem & Stephanus orauit pro ijs quos dicit ſem-
ſerm 15. per ſpiritui ſancto reſtitiſſe, & Chriſti pro-
de paſsi- ditores & homicidas fuiſſe: quibus Saulus
one do- ſimilis erat. Peior eſt enim is, qui tantę ma-
mini. litiæ eſt, vt veritatẽ clarè ſibi propoſitam,
* Act. 7. ex malitia iudicet eſſe mendacium, quàm
ille qui ex prauo affectu iam agnitam per-
ſequitur: quando prauitati ſuæ non eò vſq;
indulget, vt veritatem in corde ſuo extin-
1. Tim. 1, guat per malitiam. Vnde Apoſtolus ſe di-
cit ideo miſericordiam conſecutum, quia
deſperatiſsimus erat, & vſqueadeò infide-
litate & malitia maloq; ſtudio deprauatus,
vt ne remorſum quidem peccati vllũ ha-
beret: Vtiq; vt informationem atq; exem-
plar perfectæ patientiæ Dei haberent om-
nibus poſterioribus ſeculis Chriſto credi-
Luc. 10. turi. Rurſum, Apoſtolis iubetur à Chri-
ſto, in eos qui Euangelium contemnunt
puluerem pedum excutere: ita tamen, vt
adhuc eis nuntietur, appropinquare reg-
num Dei: quod Paulus et Barnabas, Act. 13.
Iudæis blaſphemantibus & contradicen-
tibus, feciſſe leguntur. Eadem autem ratio
eſt prædicationis & orationis. Illi enim
fruſtra prædicatur, pro quo fruſtrà Deus
oratur. Hæc igitur exempla & præcepta
ſequens

ſequens Eccleſia, pro hæreticis omnibus, qui apertiſsimæ veritati malo ſtudio contradicunt, audacter atque publicè orat: (ſicut etiam teſtatur Auguſt. lib. 21. de ciuitate Dei cap. 24.) longè ſcilicet aliter de Dei miſericordia ex Chriſti doctrina ſentiens, nec, more impiorum murmuratorum, ex Dei immenſa bonitate oculum nequam induens: ſed ſciens omnes eſſe naturaliter vaſa iræ, Deum autem miſereri cuius voluerit, non quia minora peccata admiſit, ſed vt oſtendat diuitias glorię gratiæ ſuæ. Quid, ô vile figmentum Caluine, contra figulũ diſputas, & definitè aliquam partem luti ei aſsignas, ex qua in tempore acceptabili & die ſalutis nolit facere vas in honorem? Diuus Auguſtinus, quem nunc te magiſtrum habere iactas, & à ſana doctrina commendas, nunc veluti impiiſſimum inuocationis ſanctorum, & creaturarum latriæ doctorem, gloriæque Chriſti obſcuratorem accuſas: dum inaduertenter pro quibuſdam orandum non eſſe dixiſſet, catholico ſpiritu cognoſcens, nullam eſſe miſericordiæ Dei menſuram, id retractauit, diuinam omnino atque auream de Dei immenſa miſericordia ſententiam non vno loco proferens: De quo-

Matt. 20.

Epheſ. 2.

Rom. 9.

2. Cor. 6.

Lib. 1. retrac. c. 19 De corrept. & gratia, cap. 15.

cunque peſsimo in hac vita conſtituto, non eſt vtique deſperandum: nec pro illo impruděter oratur, de quo nō deſperatur.

Hæc per digreſsionem lectori propoſuimus, vt videat quòd ſicut immenſæ potentiæ Dei bellum indicit Caluinus, ita & infinitæ Dei miſericordiæ. Supereſt vt argumenta diſſoluamus: quorum primum eſt, Chriſtus eſt in cœlo, in certo loco: ergo non eſt corporaliter in terra. Conſequentiam probat Caluinus: [quia eſſe in cœlo, & eſſe vbique, ſiue in pluribus locis, æquipollet ei quod eſt locum non eſſe locum: &, duobus in locis ſimul eſſe, eſt eſſe bicorporem. quod probatur, inquit, quia talem conſequentiam facit angelus, dicens: Non eſt hîc, ſurrexit enim ſicut dixit.] Imò per Auguſtinum, epiſtola 57. ad Dardanum, videtur hoc probari, qui videtur ibi aſſerere, nec animam diuina potentia ſimul in duobus locis eſſe. qua probatione vtitur Petrus Martyr. Ad argumentum hoc reſpondeo negando conſequentiam. Vera enim ſunt illa verba Chryſoſtomi: O Dei benignitatem: Qui cum patre ſurſum ſedet, in illo ipſo temporis articulo omnium manibus pertractatur. Et falſa eſt probatio: quo-

In vltima admonit. weſtph. fol. 236.

Fol. 57.

Lib. 3. de digni. ſacerdot.

quoniam idem corpus poteſt eſſe in duobus vel pluribus locis, citra ipſius duplicitatem: ſicut poſſunt duo corpora in vno loco eſſe, nec inde conſequitur ea vnũ eſſe: vt patet ex tranſitu cameli per foramen acus, & Chriſti per ianuas clauſas. Nam quemadmodum loci vnitas non conuincit corporum vnitatem in loco exiſtentium: ita nec multitudo locorum cogit eſſe multitudinem contentorum. Dicunt quidem nonnulli ſcholaſtici, vnum corpus ſimul eſſe nõ poſſe in pluribus locis, ſibi ſiue ſuæ internæ quantitati adæquatis: ſed probanda eſt aliorum ſententia, qui aſſerunt Deo id eſſe factu poſsibile. Attamen non neceſſe eſt eò fugere: eò quòd corpus Chriſti non ſit in altari ſecũdùm locum reſpondentem quãtitati quã in ſe habet ſeruatq; perpetuò: ſed tantùm ſecundùm locum reſpondentem quantitati panis, quam aſſumpſit ſuſtentatq; vt propriam, citra ſui vllam mutationem. Cùm igitur corpus Chriſti diuina virtute ambas fulciat quantitates, ſuam ſibique internam, & eam quæ priùs panis fuit: quid mirum ſi & duo loca habeat eodem temporis momento? Et ſi nomine bicorporis Chriſtus intelligeretur non duplex corpus ſubſtãtiale ſuſten- Nota.

tare,ſed duplicem quantitatem: nō magni referret, ſi etiam ſic vocaretur. Tota itaq; quæſtio in eo remanet, An Deus poſſet efficere, vt vnum aliquod corpus, præter ſuam quantitatem quam habet tanquam ſubiectum (ſicut res calida calorem habet) habeat & alteram non ſibi inhærētem, ſed ita vt in ſua hypoſtaſi ſine ſui reali mutatione illam ſuſcipiat & ſuſtentet, quomodo diuina natura habet humanam: ſeu, An Deus poſsit duas quantitates ita ad idem corpus coniungere, ſicut in vnam perſonam duas naturas coniunxit: vt quemadmodū vna perſona dicitur duas diuerſas naturas vnà cum earum proprietatibus habere, ac ſecundùm eas quod vtriq; proprium eſt agere: ſic etiam vnum idemque Chriſti corpus diuerſas habeat quātitates: & eam quam perpetuò ſeruaturus eſt, & eam quam ad tempus pro commodo & vtilitate noſtra eum aſſumpſiſſe dicimus. Ibi (inquam) quæſtio eſt: An diuerſas illas quantitates ſic aſſumpſerit, vt quicquid circa illas fit, propriè ei fieri dicatur: vt in omnibus alijs corporibus vſuuenit, quæ ſcilicet ratione ſuæ quantitatis tanguntur, læduntur, locum occupant etc. Qui iſtud negat fieri poſſe, parum intelligit Dei po-

tentiam:modicùm adhuc cognoſcit incarnationis myſterium:parùm aduertit quomodo Dei filius ſuſtentet humanam naturam in ſua perſona:adhuc tenuiter conſiderat, quómodo Chriſtus ſuæ carni per coniunctionem cum diuinitate dat virtutem mortuos viuificandi: quod poſtremum profectò omnem creaturæ poteſtatem exuperat. Proinde, vt ex hoc argumẽtum faciam: Quídni & hoc carni eadem poteſtate (qua ſcilicet mortuos viuificat) conueniat, vt alteram quoq; quantitatem gerat & ſuſtentet: ac deinde, mediante hac quantitate locum verè atq; realiter occupet, quem ea quantitas occupat? Rectiſsimè ſané id à Thoma aſſeritur: videlicet corpus domini eſſe ſub dimenſionibus panis conuerſi more ſubſtantiæ, quo nempe panis ipſe ſub illis fuerat: ideóq;, non localiter loco illo, qui reſpondet quantitati quæ Chriſto inhæret. Diſputatur initio tertij ſententiarũ, An diuina virtute angelus poſsit aſſumere aliam naturam: ſicut ponebant Arriani Chriſtum fuiſſe angelum, qui corpus humanum aſſumpſiſſet: Vnde notandum, quòd ſicut nemo dixit eos per hoc impoſsibile quid ponere, ita etiam multo minùs debet videri impoſsibile,

3. parte quæ. 66. art. 5.

Chriſti

Chriſti corpus quantitatem aliam aſſume-re, vtilitatis noſtræ cauſa. Hac aſſumptione præſuppoſita, fiunt ſolutu facilia argumenta, ducta ex hoc quòd corpus vnum non poteſt ſimul eſſe in pluribus locis.

Nam ratione quantitatis ſuæ internæ tantùm in cœlo eſt Chriſtus: ratione autem aſſumptæ, verè ac corporaliter eſt in pluribus altaribus. Quantitas enim dimenſiua Chriſti, in altari non eſt niſi quatenus ibi eſt ſubſtantia talem quantitatem in ſe habens, ratione cuius cœli locum occupat. Hinc etiam patet, quomodo Chriſtus reliquit mundum inferiorem: nempe quia ſecundùm internam ſuam ſibiq́ue naturalem quantitatem nullum eius locum nunc occupat: nuſquam eſt hîc inferiùs in ſpecie propria & forma illa humana, in qua diſtinctè eius membra cernantur. Sic dicitur ab Auguſtino: Noli dubitare ibi nunc eſſe hominem Chriſtum Ieſum, vnde veturus eſt: memoriterq́; recole, & fideliter tene chriſtianam confeſſionem, Aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram patris, nec aliunde quàm inde venturus eſt ad viuos & mortuos iudicandos: Quia nimirum, cùm in iudicio oſtenſurus ſit propriam ſuam effigiem & quantitatem, quam

In epiſt. ad Dardanum 57.

tem,quam nuſquam niſi in cœlo mõſtrat: inde eam adducet, non ex altari. Sic tractatu 77. in Ioannem,tractans illa verba Ioannis 14.Hæc locutus ſum vobis, apud vos manens:Vtique,inquit,præſentia corporali, qua cum illis viſibilis loquebatur. Eodẽ ſenſu dixit,tract.30.in Ioannẽ: Corpus domini in quo reſurrexit, vno loco eſſe poteſt. Vnde etiam patet, quo ſenſu tractatu 92.& 50.in Ioannẽ dixerit, Chriſtum diſcipulos reliquiſſe præſentia corporali:ea nimirum, qua cum illis viſibilis loquebatur.Poſt hoc enim ſubdit : Habuit Ecclesia Chriſtum ſecundum præſentiam carnis paucis diebus,modò fide tenet, oculis non videt. Et ſimili locutione dicit euangelium:Pater nõ iudicat quenquam: ſed omne iudicium dedit filio: Quia videlicet Pater viſibili forma iudicandis non apparebit, cùm tamen ipſe ſit primarius iudex futurus,& per Chriſtum ſecundùm humanã naturam veluti miniſtrum ſuum ſententiam prolaturus: iuxta Apoſtolum Iudam,& Paulum in Actis, & ad Romanos 2. Huiuſmodi euangelij locutionem explicans D.Auguſtinus: Neque (inquit) ad iudicium viuorum & mortuorum pater ipſe venturus eſt, nec tamen recedit à filio

Tract. 50

Ioan. 5.

Acto. 17.

Tract. 19. in Ioan.

filio pater. Quomodo ergo non ipſe venturus eſt? quia non ipſe videbitur in iudicio. Forma ſerui videbitur, occulta erit forma Dei. Occultus erit in ſeruo filius Dei, & apparebit filius hominis. Si audet Auguſtinus iudicium interpretari viſibile iudiciū: cur non audeamus in eius verbis in voce, Præſentiam, interpretari viſibilē præſentiam: præſertim quū ipſe alibi etiá ſic explicet? vt iam paulo antè citatū eſt.

Porrò in tractatu 50. cùm diſputaret de præſentia Chriſti generali, qua eſt etiam præſens vbi per gratiam ſuam operatur (quomodo Apoſtolus dicit eum per fidem habitare in cordibus noſtris) ſic ait: Si bonus es, ſi ad Chriſti corpus pertines, habes in præſenti Chriſtum per fidem, habes in præſenti per ſignum Chriſti, in præſenti per baptiſmatis ſacramentum, in præſenti per altaris cibum & potum. Vbi promiſcuè præſentem Chriſtum dicit, non iudicans aliter eum præſentem eſſe per baptiſmum, aliter per Euchariſtiam. At diuerſitatem indicat cùm ſubnectit: Si autem malè verſaris, videris habere in præſenti Chriſtum, quia intras Eccleſiam, ſignas te ſigno Chriſti, baptizaris baptiſmo Chriſti, miſces te membris Chriſti: accedis ad

Epheſ. 3.

dis ad altare Chriſti, habes in pręſenti Chriſtum:ſed malè viuendo non ſemper habebis. Libratè admodum ſua verba propronit, dicens bonos in omnibus ſacramentis habere Chriſtum in præſenti: quia ſcilicet eius gratiam ex omnibus percipiunt:imò per ſignũ crucis, & per fidem: malos autem videri habere in præſenti Chriſtum:intelligens vtiq; eos non habere. & tamen poſteà dicit eos habere illum in præſenti, ſed non ſemper habituros. Nam videntur Chriſtũ habere, ſaltem in eius gratiæ effectu, dum Eccleſiam intrant, dum ſignantur ſigno Chriſti, dum baptizantur baptiſmo Chriſti, dum ſe miſcent membris Chriſti: & tamen in his illum reuera nequaquam habent, ſed cùm ad eius altare accedunt, Euchariſtiámque ſumunt, dicit eos in præſenti habere Chriſtum:apertè diſtinguens inter Euchariſtiã & reliqua. Falſum autem eſt, angelum ſic colligere: Surrexit, ergo non eſt hic. Poterat enim ſurrexiſſe & eſſe in ſepulchro, ſicut erat cũ Magdalena ĩ horto ſepulchri. ſed ſimpliciter aſſerit angelus, eũ de ſepulchro ſurrexiſſe, nec in eo ampliùs iacere. Quaré & hoc inter alia Caluini mendacia reijci poteſt. Verùm, etſi ſic argumentatus Mar. 16. Ioan 20. Matt. 28.

eſſet.

eſſet angelus, argumentũ tamen deberet intelligi de Chriſto ſecundùm internæ ac ſibi naturalis quantitatis locum: cõcedendaque eſſet conſequentia ſecundum ordinatum naturæ curſum. quemadmodũ quis de Lazaro argumentari poterat: Lazarus quatuor adhinc diebus mortuus eſt: ergo iá (cum à Chriſto erat ſuſcitatus) non viuit. Talis enim cõſequẽtia nihil diuinæ potentiæ præiudicat. Qualiter quoq; illud ab Aug. (contra Manichæos, dicentes Chriſtũ in omnibus pomis & herbis eſſe, atque per ſolẽ & luná extẽſum) dictum accipias: Secundum præſentiam ſpiritalem Chriſtus mortem pati non poſſet: ſecundùm præſentiam verò corporalem, ſimul & in ſole & in luna & in cruce eſſe non poſſet. Item & hoc, quod in epiſtola ad Dardanum ait, (vt declaret longè aliter Deum eſſe vbiq; quàm lucem corporeã, aërem, humorem, & ſimilia: quæ per multa magnaque locorum ſpatia diffunduntur, & in paruo loco parua, in magno magna ſunt) in inæqualibus membris æqualem eſſe ſanitatem, non quantitatẽ. & quod ſubdit: Non ergo potuit obtinere quantitas corporis, quod potuit qualitas. Nam ita diſtantibus partibus, quæ ſimul eſſe non poſſunt, quoniam ſua quæq;

Lib. 20. contra Fauſtum cap. 11.

ſua quæque ſpatia locorū tenent, minores minora, & maiores maiora: non potuit eſſe in ſingulis quibuſq; partibus tota, vel tanta, ſed amplior eſt quātitas in amplioribus partibus etc. Iuxta naturę potentiá, inquá, quam natura ex ſua accepit inſtitutione, non ſecundū creatoris omnipotentiá, qua factum eſt in introitu Chriſti per ianuas clauſas, vt etiam ipſius quātitatis duorum corporum partes ſimul eſſent: hæc dixit Auguſt. Vnde ait alio loco: Super motum curſumq; rerum naturalem, poteſtas creatoris habet apud ſe, poſſe de his omnibus facere aliud, quàm eorum quaſi ſeminales rationes habēt, nō tamē id, quod nō in eis poſuit, vt de his fieri vel ab ipſo poſsit. Lib. 9. de Geneſi ad literā cap. 17.

Vbi nota, quòd dicit de omnibus Deum aliud facere poſſe, quàm in eorum natura inſtituit. Hinc enim non malè inferas, etiá de quantitate aliud eum poſſe diſponere, quàm in eius ſit conditione. Item illud ad rerū naturá ſpectat: Vbiq; De⁹, quia nuſq̄ eſt abſens: In ſeipſo autem, quia nō cōtinetur ab eis quibus præſens eſt, tanquam ſine eis eſſe non poſsit. Nam ſpatia locorum tolle corporibus, nuſquam erunt: & quia nuſquam erunt, nec erunt. Tolle ipſa corpora qualitatibus corporum, non erit vbi Epiſt. 57.

ſint: &

ſint: & ideo neceſſe eſt vt non ſint Quis ita cæcutiat, vt non videat Auguſtinum hîc docere, corpora ſecundùm naturæ curſum ac conditionem locis egere à quibus contineantur, ſicut qualitates ſubiecta requirunt, à quibus ſuſtententur: quibus omnibus diuinitas non opus habet? Cæterùm, nondum à quoquam oſtenſum eſt, Auguſtini ſententiam eſſe, quòd Deus non poſsit ſupplere pro corporibus aut qualitatibus id, quod prȩſtat locus aut ſubiectũ: Non enim ignorauit Auguſtinus, ſupremum corpus eſſe corpus, & tamen núllo ſpatio cõtineri, hominemq; poſſe mathematicam illam lineam intelligere, ac proinde multo magis eam à Deo poſſe fieri. Inſulſiſsimè autem adducitur illud Auguſtini: Spatia locorum tolle corporibus, & nuſquam erunt, proinde nec erunt etc. quandoquidem nemo noſtrum eſt, qui Chriſti corpori adimat ſpatium locale. Fatemur enim & docemus, illud in cœlo locum, aut ſaltem extenſionem ſuam habere: in Euchariſtia verò, locũ ſpecierum. Tollit ſpatium corpori, qui ei omnem locum tollit: quod catholici non dicunt hîc fieri. quanquam ſciant Deo minimè impoſsibile eſſe, ſeruare corpus extra omnem

locum

locum, ſicut totum vniuerſum ſeruat: extra quod nimirum nihil eſt, à quo fulciatur. Iam quod ait: Carnis formæ atq; ſubſtantiæ Chriſtus immortalitatem dedit, naturam non abſtulit. Secundùm hanc formam non eſt putandus vbiq; diffuſus. Cauendum eſt enim, ne ita diuinitatẽ aſtruamus hominis, vt veritatem corporis auferamus: Hoc, inquam, nihil nobis aduerſatur. Agnoſcimus enim auferendá corporis veritatem, ſi dicatur corpus eſſe vbique vt diuinitas eſt: hoc eſt, ſi ponatur omniũ rerum cauſa, vniuerſa loca ſuis effectibus implẽs, quemadmodum Deus. Congruit enim hoc ſpiritui, non corpori: nec cuiuis ſpiritui, ſed infinito & increato, in cuius cõſpectu omnia loca diſtantiæque locorũ, tanquam nihil & inane reputatæ ſunt. Deinde etiam cum Auguſtino dicimus, cauendum eſſe, ne ita multiplicemus in Chriſti corpore miracula, vt ei auferamus omnia quæ ad naturalem curſum veri corporis ſpectant: quod faciunt, qui volunt illud vbiq; eſſe diffuſum, & nuſquam habere certis limitibus definitam naturam. Hi auferunt naturales veraſque veri corporis conditiones. Quod non negligẽter nobis cauendũ eſt, ſi in fide permanere velimus,

Aug. in eadẽ epiſtol. 57. ad Dardanum.

Brentiũ cum ſuis ſequacibus notat

quæ habet, Chriſtũ in cœlo eſſe in ea forma, qua viſus eſt aſcendere: ac inde venturum ad iudicandum. quanquam Deo poſſibile foret, naturam corporis quod in omni loco eſſet, cõſeruare. Nũc & illud quod
Epiſt. 57. ait Petrus Martyr: ex eadẽ epiſt. Auguſtini (vbi nimirum dicit: Neq; enim ipſo die in cœlo futurus erat homo Chriſtus Ieſus: ſed in inferno ſecundũ animã, in ſepulchro ſecundũ corpus) probari animam humanam non poſſe, etiam diuina potentia, eſſe in pluribus locis: diſſolutum eſt. Nam etiã id dixit Auguſtinus ſecundũ naturæ communẽ curſum. Nõ enim in omnibus recurrendũ dicimus ad ea, quæ Deus operatur omnipotentia ſua ſupra conſuetũ naturæ vſum: ſed tunc, cùm vel ſcriptura, vel alia ratio cogit. Vſqueadeo autẽ non ſenſit ibi Auguſtinus quod ei affingit Pſeudomartyr, vt potiùs, an hoc fiat reipſa per animas
Cap. 16. li. de cura pro mortuis. martyrũ, vehemẽter dubitet: Quæſtio, inquiẽs, iſta vires intelligentiæ meæ vincit: quemadmodum opitulẽtur martyres his, quos p̄ eos certũ eſt adiuuari: vtrũ ipſi per ſeipſos aſsint, vno tẽpore, tã diuerſis locis, & tanta inter ſe lõginquitate diſcretis: ſiue vbi ſunt eorũ memoriæ, ſiue præter ſuas memorias vbicunq; adeſſe ſentiuntur etc.

Res

Res hæc altior eſt, quàm vt à me poſsit attingi: & abſtruſior, quàm vt à me valeat perſcrutari: & ideo quid horũ duorũ ſit, an verò fortaſsis vtrumq; ſit, vt aliquãdo iſta fiant per ipſam pręſentiam martyrum, aliquando per angelos ſuſcipientes perſonam martyrum, definire non audeo: mallẽ à ſcientibus iſta perquirere.

Egebas, Auguſtine, magiſtro Petro martyre, non quidem vt demonſtraret tibi id de quo tu dubitas, nempe, An martyres aſſint vno tempore diuerſis locis & tanta inter ſe longinquitate diſcretis, quantum à ſe inuicem diſtant eorum memoriæ: ſed vt ab eo diſceres ineptũ & inſulſum eſſe dubium tuum. Siquidem ipſe te doceret. Deũ non poſſe animas diſtantibus in locis eodẽ tẽporis momẽto ponere. Quod tamẽ Deũ poſſe, vſque adeo tibi certũ eſt, vt etiã dubites, an Deus hoc ſæpiſsimè faciat.

Sed infirmam illam connexionem: Chriſtus eſt ſecundùm corpus in cœlo: ergo non in altari ſub ſpeciebus panis & vini: videntúr ſibi in Auguſtini verbis deprehendiſſe. quandoquidem in ſermone ad recens baptizatos ita ait: Chriſtus aſcendit in cœlum, & ſedet ad dexteram patris: quomodo eſt panis corpus eius, & calix, Citat hũc ſermonẽ Beda in 10. c. 1. ad Corinth.

calix, vel quod habet calix, ſanguis eius? & reſpondet: Iſta, fratres, ideo dicũtur ſacramenta, quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur. Quod videtur, ſpeciem habet corporalẽ. quod intelligitur, fructũ habet ſpiritalẽ. Corp⁹ ergo Chriſti ſi vis intelligere, Apoſtolum audi dicentem fidelibus: Vos eſtis corpus Chriſti & mẽbra. Si ergo vos eſtis corpus Chriſti, & membra: myſterium veſtrum in menſa domini poſitum eſt, myſterium domini accipitis etc. Hîc, inquiũt, non reſpondet Auguſtinus, corpus & ſanguinem Chriſti eſſe in altari per tranſſubſtantiationem: ſed, Eccleſiam ſignificari per ſymbola Euchariſtiæ: Igitur commentitia eſt realis præſentia corporis domini etc.

Ad hæc reſponſuri, verba Auguſtini ex
Auguſt. integro proferamus. Hoc, inquit, quod videtis in altari Dei, etiam tranſacta nocte vidiſtis. Sed quid eſſet, quid ſibi velit, quàm magnæ rei ſacramentum contineret, nondum audiſtis. Quod ergo vidiſtis, panis eſt & calix: quod vobis etiam oculi veſtri renuntiant: Quod autem fides veſtra poſtulat inſtruenda, panis eſt corpus Chriſti: calix, ſanguis. Breuiter quidem hoc dictum, quod fidei fortè ſufficiat: ſed fides

inſtructionem deſiderat. Dicit enim propheta: Niſi credideritis, non intelligetis. Poteſtis ergo modò dicere mihi: Præcepiſti vt credamus, expone vt intelligamus. Poteſt enim in animo cuiuſquam cogitatio talis ſuboriri: Dominus noſter Ieſus Chriſtus nouimus vnde acceperit carnem etc. In cœlo eſt modò ſedens ad dexteram patris: quomodo eſt panis corpus eius? etc. Hîc manifeſtè patet, diuum Auguſtinum docere, panem qui in altari videtur, eſſe corpus Chriſti, idque fide eſſe tenendum: atq; ita dicit ſe explicare quid ſit quod in altari videtur, hocq; fidei ſufficere. Cæterùm, dicit etiam rudes fideles deſiderare huius rei intelligẽtiam: & proponit, veluti hæc fides, qua creditur ille panis benedictus eſſe corpus Chriſti, repugnaret fidei, qua idem corpus creditur eſſe in cœlo: & reſpondens ait, panẽ illum & calicem illum vocari ſacramenta, quia in eis aliquid videtur ſenſibus corporis, nempe panis prior ſecundùm accidentia ſua, et aliud intelligitur (in eis ſcilicet eſſe) non vtique falſo intellectu, ſed vero, quo quis de re iudicat prout eſt. Intelligitur, inquam, per fidẽ ab infirmis, per ſpiritalẽ ſapientiã à ſpiritalibus. ſicut Hilarius 2. de

Eſa.7. ſecundùm Septuaginta.

Quomodo & ab eo panis vocetur, antè explanauimus.

Trinitate pulchrè dixit de Chriſto infãte: Aliud intelligitur,aliud videtur:aliud oculis,aliud animo cõſpicitur:parit virgo, partus à Deo eſt:infans vagit, laudãtes angeli audiuntur:panni ſordent, Deus adoratur. Ac deinde addit Aug.Corpus ergo Chriſti ſi vis intelligere,Apoſtolũ audi dicentem, Vos eſtis corpus Chriſti etc. & infrà: Audis,Corpus Chriſti, & reſpondes, Amen: eſto membrũ Chriſti, vt verum ſit Amen tuũ.Docet igitur Auguſtinus Neophytos Chriſtianos, cupientes ſtatim grãdia myſteria intelligere,vt in eccleſię vnitate perſeuerẽt,obſeruentq; diligenter id quod de eis in myſterio Euchariſtiæ ſignificatur: hoc vtiq; modo tandẽ ad ſublimium myſteriorũ cognitionẽ peruẽturi. Quomodo dicere poſſumus petẽti, Quomodo poſsit Deus eſſe, qui crucifixus eſt & mortuus: Vis intelligere quomodo Deus æternus & immortalis,impaſsibilis & incõprehenſibilis,ſit qui mori,pati,& clauis ligno affigi potuit?crucifige carnem tuam, morere huic mũdo, & diſce crucifixũ corpus circumferre. ſicut ait Apoſtolus: Qui ſunt Chriſti,carnẽ ſuá crucifixerunt cũ vitijs & cõcupiſcẽtijs.Sic agere docet Aug. carnales homines (quales ſolent eſt Neophyti)

Galat 5.

libro

libro 4. de conſenſu Euangeliſtarum, cap. vltimo: lib. 3. de baptiſmo contra Donatiſtas ca. 15. & in Pſal. 130. Dominus noſter Ieſus Chriſtus, inquit, panis, ſe fecit lac incarnatus & apparens mortalis, vt in eo finiretur mors, & nõ aberraremus à Verbo, credentes in carnem, quod factum eſt Verbum. Hinc creſcamus, ipſo lacte nutriamur, antequã validi ſimus ad capiendum Verbum, non recedamus à fide lactis noſtri. Hoc igitur ſermone, ex Bedæ collectaneo citato, id egit Auguſtinus cum Neophytis, quod iubet agere Deogratias præsbyterũ cũ eiſdẽ: cap. 26. libri de cathechizãd. rudibus, vbi ait: De ſacramẽto ſanè quod accepit (cùm ei bene cõmẽdatũ fuerit: ſignacula quidem rerum diuinarũ eſſe viſibilia, ſed res ipſas inuiſibiles in eis honorari, nec ſic habendam eſſe illam ſpeciẽ benedictione ſanctificatam, quemadmodum habetur in vſu quolibet) dicendum etiam quid ſignificet, & ſermo ille quem audiuit, quid in illo condatur, cuius illa res ſimilitudinem gerit. Dicit igitur Auguſtinus, Catheciſtam cùm hominem credentem & pœnitentem ſignauerit, baptizauerit, & ei corpus Chriſti dederit, debere Neophytum inſtituere de Sacramento

Auguſt.

Idem.

Euchariſtiæ. De eo enim agit, nõ etiam de baptiſmo: vt nugatur Petrus Martyr. quãdoquidem aqua qua celebratus eſt baptiſmus, poteſt in prophanum vſum venire, ſicut vénit ea aqua fluminum, in qua Apoſtoli Chriſti & Philippus diaconus baptizauerunt. Modum autem inſtituendi pręſcribit Auguſtinus. Primùm enim docet Neophyto generalibus verbis commendandum eſſe, ſignacula rerum diuinarum (quæ ſunt corpus & ſanguis Chriſti) eſſe viſibilia: ſed res ipſas ſignatas inuiſibiles (nimirum carnem & ſanguinem Chriſti) in viſibilibus ſignaculis honorari (hoc eſt, tanquam in viſibilibus ſignaculis exiſtentia adorari) & illam ſpeciem benedictione (conſecrationis ſcilicet) ſanctificatam non ſic habendam, ſiue æſtimandam, ſicut ipſa æſtimatur alioqui, ſeu in quolibet vſu, cùm ſcilicet æſtimatur vt corruptibile alimentũ. non ſic, inquã, habendam cùm iã ſanctificata eſt. Hoc enim ſignificat, Sãctificatam benedictione. ita vt Auguſtinus nõ agat de magni facienda hac ſanctificata ſpecie tantùm cùm in vſu eſt, ſed ſimpliciter, poſtquã benedictione ſanctificata eſt. alioqui certè, ſi extra vſum ſacramenti ceſſet ſanctificatio eius, liberè poterit haberi, vt ſpe-

Nota cũ verbo cõ muni pani & corpori Chriſti vti.

vt ſpecies quæuis non ſanctificata in quolibet vſu habetur: ſicut in ſermone ad recèns baptizatos iam citato, dicit eam pro corpore & ſanguine Chriſti habendam cùm videtur in altari, etiam antequam ſumatur. Cùm igitur Cathecista hæc generalibus verbis apud Neophytum præfatus fuerit, dicet particulariter duo de iſto ſacramento. Primùm quid ſacramentum, quidque ſermo quem audiuit, dum ei porrigeretur, & diceretur: Corpus & ſanguis Chriſti cuſtodiat te in vitam æternam: & ille reſponderet, Amen (vt dicit Auguſt. libr. 12. cõtra Fauſtum cap. 10. & in ſermone ſuprà citato, & Ambroſius libri de initiandis, cap. 9.) quid, inquam, iſtud, & quid ſermo de eo ſeu ſuper ipſum dictus ſignificent, nempe corpus & ſanguinẽ Chriſti. Secundò, quid in illo ſacramento cõdatur, cuius illa res ſimilitudinẽ gerit: quę, inquã, res ſit cuius ſimilitudinem gerit viſibilis ſpecies, quæ in illo ſacramento abſcondatur ac veletur. Hoc enim eſt, Cõdatur. Docet igitur Auguſt. quòd res Euchariſtię viſibilis, & ſermo ſuper Euchariſtiam ſeu de Euchariſtia prolatus, ſignant rem illã quæ eſt in illo ſacramẽto (res quidem, per ſimilitudinem: ſermo verò, more verborum) ſed

Ser. ad recẽs baptizatos.

ſed recondita,& velata,abſconſaq́; atq; inuiſibilis: quæ res eſt honoranda & adoranda.eſt enim corpus & ſanguis Chriſti. Primùm, inquit, Neophyto generalibus verbis commendes, ſigna Euchariſtiæ ſignare res diuinas inuiſibiles, quæ in eis exiſtentes honorentur, propter quas ipſe res viſibiles non poſſunt poſt benedictionem æſtimari, ſicut poſſunt in vſu ꝓphano. Secundò, inquit, in particulari explica quid ſignificet ſacramentum & verba de eo dicta, quidq́; recondatur in ſacramēto ſimile externæ & viſibili ſpeciei. Poſt hæc admonet Auguſt. vt ex hac occaſione admoneatur Neophytus, vt quod carnaliter in ſcripturis ſonat, etiam ſi non intelligat, credat tamen aliquid ſpiritale ſignificare. Nam manducare carnem, prima facie & carnali intellectu non ſignat edere carnem ſub ſpecie panis, ſed eam dilaniando ac dentibus in mandibula lacerando vorare: quod à nobis fit de ouina carne, ac ſimili. Aduerte verò quàm non examinauerit, ſed peruerterit locum hũc B. Auguſtini Pſeudomartyr, ſcribens contra Stephanum VVintonienſem. Citans enim dicta Auguſtini verba, pro Condatur legit Credatur: aduertens ſatis acutè, quòd ſi legas,

Circa obiectionē 241.

Con-

Condatur, apertè dicat Auguſtinus illud condi in Euchariſtiæ ſacramento, quod per illud ſignificatur. Si autem legas: Quid ſignificet ſacramẽtum, & ſermo ille quem audiuit, quid in illo credatur: intelligit ſermone credi, corpus Chriſti quod eſt in cœlo, ſignificari per panẽ, & eſſe animæ cibũ, vt panis eſt corporis. At detegitur fraus eius lectione exẽplariũ diuerſorũ tẽporũ. Nã Frobenianæ quatuor, diuerſorũ annorum, & diuerſorũ quoq; annorũ Pariſienſes editiones, nõ, Credatur, ſed, Condatur, habent omnes. Antiquiſsima verò Amerbachiorum legit Condiat, fortè legendum eſt Condat. Si legas condat, optimè congruit ſententia Auguſtini, ſic: De ſacramento quod accepit, dicendum eſt quid ſignificet, & ſermo ille quem audiuit quid in illo condat, cuius illa res ſimilitudinem gerit. Dicendum, inquit, quid ſignificet ſacramentum Euchariſtiæ, & dicendũ quid ſermo ille (nempe, conſecrationis) condat in illo ſacramento, cuius reconditi res externa & viſibilis ſimilitudinem gerit.

Secundùm hanc lectionem docet Auguſtinus, tradendum Neophyto, per verba conſecrationis fieri, vt ſub ſpecie panis cõdatur, veleturq; Chriſti corpus. Magna

fidei noſtræ confirmatio: dum videmus hæreticos non eam impugnare poſſe, niſi veterũ verba deprauent. Quod verò idem Petrus Martyr obijcit, [Chriſti corpus à nobis non ſanctificari, Auguſtinum autem dicere, ſpeciem illam rerum benedictione ſanctificari, ac proinde illam ſpeciem non eſſe Chriſti corpus] ex ſuperioribus par-
Pag. 60. uo negotio poteſt dilui, Vbi diximus Ambroſium dicere, nos conficere corpus quod
Pag. 150. ex virgine natum eſt: & Cyprianum, quotidie corpus Chriſti creari. quia videlicet virtute ſpiritus ſancti & verborum Chriſti fit, vt incipiat eſſe ſub ijs ſpeciebus, ſub quibus anteà non fuit. Sic ipſum corpus Chriſti eſt ſpecies benedictione ſanctificata: quia per benedictionem factum eſt, vt ſanctum Chriſti corpus fiat, non quidem ſimpliciter, ſed ſub iſtis ſpeciebus: ſicut vſitato ſermone dicimur illud conſecrare. Atqui hæc ad primum argumentum Phyſicorum ſufficiant.

Secundum argumẽtum eſt: Corpus humanum finitum eſt, & requirit certũ ſpatium, membris ſuis & dimenſioni ſuæ reſpondens: ergò cùm eiuſmodi ſpatium non habeat Chriſtus in Eùchariſtia, Euchariſtia non continet corpus Chriſti. Corruit

ruit hoc argumentum ſub tranſitu Chriſti per ianuas clauſas, & cameli per foramẽ acus. Si enim ibi Chriſtus ſeruauit membrorum diſtinctionem (quod nemo pius ambigit) profectò & ſub minimi panis ſpecie abſconſus eam ſeruat: quanquam alioqui intellectu facile ſit, quòd Chriſti corpus ſecundùm propriam & internam quantitatem retineat membrorum diſtenſionem & diſtinctionem, nõ autem ſecundùm aſſumptam quantitatem: ſub qua eſt ſecundùm modum ſubſtantiæ, quo modo priùs ſub ea panis fuerat. Sed quid hîc ſentiat Auguſtinus, perquiramus: an videlicet quòd in magnũ corpꝰ verti poſsit tãtillus panis. Omne corpus, inquit, in omne corpus poſſe mutari, credibile eſt. Quodlibet autem corpus in animam rationalem poſſe conuerti, credere abſurdum eſt: quoniam Deus ſic eſt omnipotẽs, vt nunquam ſuæ rationis inſtituta conuellat. Ecce, concedit Auguſtinus, quodlibet corpus in quodlibet poſſe conuerti per Dei omnipotentiã: & hoc non ita aduerſari inſtitutioni Dei, vt, quòd corpus in ſpiritum verteretur; non quòd vel hoc non poſsit Deus, ſed quia non decet. Nam in epiſt. 112. cap. 22. & epiſt. 111. ad Fortunatianum, id nõ impoſſibile

Apud Proſper. ſent. 184. ſumpta ex ca. 20. lib. 7. de geneſi ad literam.

Ad Paulinã de videdo deo

ſibile eſſe pronuntiat: vbi certè oportuniſſimum fuerat, ſi contrarium opinatus fuiſſet, indicare. Imò ibidem, & etiam de ciuit. Dei lib. 22. cap. 29. non audet aſſerere, corpori cùm reſurrexerit non eſſe donandum vt inuiſibilia videat: quod profectò non minori caret obſcuritate, & (vt apparet humano ingenio) abſurditate, quàm quod nunc inter nos & aduerſarios controuertitur. Proinde eſt quòd erubeſcant iſti naturæ ſcrutatores, dum præſumunt ex ſuis imaginationibus fidẽ Eccleſię Chriſti exagitare. Verba Auguſtini ſunt eiuſmodi:

Auguſt. Sed quia ſpiritale corpus neſcimus quãtos habebit acceſſus: (de re quippe inexperta loquimur, vbi aliqua quæ aliter intelligi nequeat diuinarum ſcripturarum non occurrit ſeu ſuccurrit authoritas) neceſſe eſt vt contingat in nobis quod legitur in lib.

Sap. 9. Sapientiæ: Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ. Ratiocinatio quippe illa philoſophorũ, qua diſputant ita mentis aſpectu intelligibilia videri, & ſenſu corporis ſenſibilia, id eſt, corporalia: vt nec intelligibilia per corpus, nec corporalia per ſeipſa mens valeat intueri: ſi poſſet & eſſet nobis certiſsima, profectò certum eſſet, per oculos corporis etiam

etiam ſpiritales nullo modo poſſe videri Deum,etc.Hæc Auguſtinus.

Tertium argumentum:Quicquid nõ eſt in aliquo quantitatíue,qualitatíue,aut localiter(ſic enim hæretici loquũtur)ſi inſit, ſolùm ineſt ſpiritualiter : ſed Chriſti corp⁹ non eſt in Euchariſtia aliquo triũ priorum modorum:ergo non corporaliter , ſed ſpiritaliter ineſt. Reſpondemus Auguſtini verbis:Si quæritur exemplum,nõ erit ſingulare.Et falſum eſt , id omne quod nõ eſt quantitatíue,qualitatíue,aut localiter,ineſſe ſpiritualiter.Ecce, ponamus camelum tranſire per foramen acus:non ineſt camelus vllo illorum triũ modorum foramini, & tamen nõ ſpiritualiter , ſed corporaliter ineſt . Et ſuperfluò non dicitur , quòd res ineſt per modum ſubſtãtiæ:quomodo corpus ineſt Euchariſtiæ. Item manus ineſt corporaliter toti , ſicut quælibet pars : & materia toti compoſito,non quantitatiuè, nõ qualitatiuè,nõ localiter. Item Chriſtus erat ſimul cũ corpore ianuæ , cùm per eam clauſam tranſiret: non tamen quãtitatiuè, non qualitatiuè,nõ localiter, ſicut localem exiſtentiam imaginãtur . Demus,obſecro, Deum aliquid poſſe , quod nos fateamur inueſtigare nõ poſſe:hoc ſaltem, cui ſcripturæ

Epiſt.3. ad Voluſianum.

Matt. 19.

Ioan 20.

turę tam apertè ſuffragatur atteſtatio: dum dicit Chriſtũ de pane ſacrato dixiſſe: Hoc eſt corpus meum.

EPILOGVS.

OBiter accipe, Lector, ſummã hactenus dictorum ad probãdum in Euchariſtia eſſe Chriſti corpus realiter & corporaliter. Primùm hoc demonſtrauimus ex definitione Eccleſiæ veteris & recentioris: ſecundò ex Euchariſtiæ collatione cum alijs ſignis: tertiò ex eius conſecratione, & ijs quæ circa eam dicuntur: quartò ex eius ſumptione, & his quæ eam concernunt: quintò ex eius comparatione cum domini incarnatione, vbi etiam de eius adoratione actum eſt. Atque ad hæc diluimus argumenta obiecta: quæ ſumpta erant ex ratione ſacramenti, tam ex ſcripturis quàm ex patribus: ex ſubſtantia panis, tam ex ſcripturis quàm ex patribus: ex dignitate corporis Chriſti: poſtremò ex natura corporis, vbi naturam corporis tractauimus, & ex ſcripturis, & ex patribus. Ex quibus omnibus hoc vnum conſtat, firmiſsimam eſſe fidem Eccleſiæ, qua credit verba domini, Hoc eſt corpus meum: &, Hic eſt ſanguis meus: de vero corpore & ſanguine Chriſti, eſſe citra tropum intelligen-

telligenda:corpúſq; & ſanguinẽ illum corporaliter proprieq; eſſe in Euchariſtiæ ſacramento per trãſſubſtantiationem panis & vini in ea.

AVTHORIS PRECATIO

ad Deum Patrem, pro firma fide de præſentia corporis & ſanguinis Domini in ſacramento Euchariſtiæ ſeruanda.

DEus omnipotens & infinitæ miſericordiæ, miſerere mei, & exaudi orationẽ meã, quã tibi offero nõ pro diuitijs, gloria, longęuitate, aut alijs rebus caducis: ſed pro firmitate & perſeuerantia fidei: Miſerere (inquã) mei, non propter iuſtitiam meã, ſed magnã miſericordiã tuã: per autorem & cõſummatorẽ fidei, dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ: qui ideo crucifixus eſt, vt veterẽ hominẽ (cuius primum opus eſt infidelitas) cum vitijs & cõcupiſcentijs nos crucifigere donaret: qui ideo in patibulũ exaltatus eſt, vt omnia ad ſe traheret: qui vt mũdus crederet, te orare dignatus eſt: pro quo donaſti multis, vt non ſolùm crederẽt in eum, ſed etiam pateren- Hebr.12. Ioan.12. Ioan.17. Philip.1.

tur pro illo. Per hũc igitur, domine Deus, da mihi hanc fidei pietatem, vt nunquam impotentia corruptæ mentis omnipotentiæ tuæ aduerſer, id iudicans fieri non poſſe, quod cæci cordis non capit anguſtia. Da vt verborum vnigeniti tui ſimplicem, & ſuperbo ingenio ſtultam atque ridiculam veritatem, nunquam propriæ carnis ſenſu inflatus, propriæque ſapientiæ innixus, mihimetipſi commentitia expoſitione illudam. Aufer à me, domine, oculos ſublimes, & inanem huius ſeculi philoſophiam, cui omne quod ſpiritus tui eſt, ſtultitia eſt: ne propriæ ſententiæ libidine illectus, hanc ſpiritui gratiæ inferam cõtumeliam, quaſi ex eo tẽpore quo ab vnigenito tuo, ſuper omnem creaturam ad dexteram tuam exaltato, in orbem terrarum miſſus eſt, opus ſuum nõ ſit operatus: hoc eſt, ſanctam Eccleſiam catholicam non cuſtodierit ab inferi portis: & quaſi, rerum vanitati ſubiectarum more, ſenio delirare, vel interrumpi, aut ſub pauculorum hominum, tanto nequiorum, quanto ingenio maiore ac eloquentia excellentium, recens & obſcuro angulo ortorum, ſomnia atque figmenta eam redigi permiſerit. Quos enim vnigeniti tui ſpiritus docere

poterit

poterit veritatem, niſi eam, pro qua ſeruanda idem ipſe vnigenitus tuus ſemetipſum tradidit, hoc eſt, Eccleſiam? Eccleſiam, dico, non huius vel illius regionis, ſed vniuerſalem. Sanguis ille pollutus ducitur, & ſpiritus veritatis tenebrarum accuſatur, ſi Eccleſia pro qua ille effuſus eſt, & hic è throno tuo miſſus, aut in errores grauiſsimos humana malitia paulatim delabitur, aut interrumpitur, aut ad antrum obſcurum obſcurior ipſa detruditur. Dum, domine Deus, ingenij mei vires extollo, & mihi de multarum atque ſublimium rerum exacta intelligentia blandior, & conor ſub meam capacitatem redigere, quæ de Euchariſtia traduntur: fateor prorſus ea omnia impoſsibilia. Quo modo enim idem corpus in diuerſis altaribus & ſimul in cœlo conſiſtat? quomodo virilis ſtaturæ homo modiciſsimæ quantitatis particula comprehendatur? At dum iam ſenſui meo fiſus conor transfugere in caſtra eorum, qui cùm tuam potẽtiam ſuo ingenio metiantur, verbi tui vocari volũt & pręcones & obſeruatores: veluti ibi omnem ingenij mei libidinẽ exatiaturus: ſubſiſto pauliſper, expendens num & alia ſint, quę huic irrefrenatæ ſenſus mei auidi- Epheſ. 5.

tati aduerſentur:& comperio vnigenitum
Matt. 19. tuũ dixiſſe,tibi eſſe poſsibile , vt camelum
Mar.10. & Luc.18 per foramen acus traducas : imò lego vnigeniti tui corpus,carnem & oſſa habẽs , vt
Ioan.20. omnia hominum corpora , per clauſa oſtia non ſemel trãſiſſe:quinimò,quod amplius eſt,inuenio ſpiritum tuum apertè teſtari, cuncta,ſeu viſibilia ſeu inuiſibilia , eſſe fa-
Geneſ.1. cta ex nihilo:&,quod inter opera tua maximum eſt, eundem vnigenitũ tuũ Deum verum,eſſe hominẽ.Et hîc meditabundus ſtupeo,vt qui etiã omnibus iſtis velut falſiſsimis repugnare me videam,ſicut & illi, quod infinitis partibus maius eſt , magíſq; abſurdum humano ſenſui (qui nihil abſq; corpore,loco,tẽpore,numero, motu, imaginari valet) videlicet,te vnum Deũ æternũ eſſe cum filio tuo atq; ſpiritu S. à quibus tamen proprietate perſonæ neceſſariò diſtingueris. Itaq;,ſi cuncta meo ſenſu metiri velim, video nihil reſtare , niſi vt non ad eos , qui Chriſtianos ſe adhuc eſſe gloriantur,me conferam : ſed ad eos , qui ſibi aiunt ſufficere,Deum vnum colere, palàm profitentes ſe Chriſti hoſtes eſſe:hoc eſt,ad Mahumetanos : imò non ad illos (quippe qui adhuc creaturis initium dant) ſed ad philoſophos gentiles , dicamque cum eis,

Non

Non eſt Deus:aut,Non plus poteſt, quàm Pſal. 13.
ego eum poſſe capio . Sed fac vt caueam
hoc tam grāde pręcipitium,domine Deus,
captiuumq; ſubige ſenſum meum ſub omnipotentia tua, daque vt fatear & te ſenſui
meo prorſus incōprehēſibilem ac inacceſſibilem , & apud te non eſſe impoſsibile Luc. 1.
omne verbum : diſcamq; ex ijs quæ mihi
minùs vidētur poſsibilia, ſed tamē ab omnibus qui qualitercunq; Chriſtiani vocari
volūt,recipiūtur,etiā ea recipere , quæ etſi
humanæ ratiocinationi apparent impoſsibilia,minùs tamen quàm reliqua iudicantur impoſsibilia. Vt verò hoc(domine) faciam, neceſſe eſt imbecillitatē ingenij mei
potentia brachij tui firmes. Quod vt mihi
deſignaret Apoſt.tuus,fidem in te fortitudinem vocauit:Abrahā, inquiēs , nō infirmatus eſt in fide , nec conſiderauit corpus Rom. 4.
ſuum emortuum, cùm iam ferè centū eſſet
annorum,& emortuā vuluam Saræ. In repromiſsione etiam Dei non hęſitauit diffidentia:ſed cōfortatus eſt fide, dās gloriam
Deo,pleniſsimè ſciens,quia quęcunq; promiſit Deus,potens eſt & facere. Ad hoc
etiam tibi gratias agit , quòd eum confortaueris,dans fidem. Omnis enim incredulus infirmitatem animi patitur : cōſtrictus 1. Tim. 1. Ambroſio inſcriptus cō-

ment:in I caput prioris ad Timoth.

carnali ratione, ne credat ſpiritali. Idcirco ſe dicit filio tuo gratias agere, quia apparentia maieſtatis ſuæ imbecillitatem mentis ſuæ roborauit: quia impoſsibile putabat eſſe, quod de illius poteſtate, & gemina natiuitate, & reſurrectione, & ſpe prædicabatur. Dum verò iam non de eo quod à te fieri poteſt, ſed quod fieri per te decet ago: ſtatim ſtultitiam iudicat inſipiens cor meum, quod famuli tui de Euchariſtia tradunt. Sic enim argutantur quidam, cor meum in ſua ſtultitia firmare nitentes: Quid præſtat corporalis Chriſti præſentia in Euchariſtia, quod non item habeatur ſigno corporis, ſi fides adſit? &, Quid refert ſiue videamus ſignum, & fide cogitemus Chriſti corpus aſſidens patri ad dexteram, ſiue ípſe Chriſtus ſit corporaliter præſens, qui tamen uon niſi fide videtur? Si dicam, Narrabo atque concludam ſic, Superfluum ac ſtultum eſſe, quod de Euchariſtia contra Caluinum traditur: comperio me etiam ſummum myſterium vnigeniti tui reprobare: eò quòd ſimiliter argumentabor, Quorſum Chriſtus corporalis & viſibilis in terra apparuit? Quid enim præſtitit, quod non præſtitiſſet credentibus, etiam ſi nulli

nulli viſibilis apparuiſſet? Quorſum ſumma cum ignominia atq; moleſtia pro nobis mortuus eſt? Quid enim pręſtitit, quod non citra mortem, vel ſaltem tam probroſam potuerat præſtare credentibus? Ergo ſicut hìc cum Apoſtolo tuo credo, ſtultum 1.Cor.1.
Dei ſapiẽtius eſſe hominibus: ita & in Euchariſtia ſimiliter credendum pręſcribis, in omnibus benedictus, qui paruulis & ſtultis iuxta ſeculum reuelas, ea ſapientię ſummæ plena eſſe, quæ ſenſus ſeculi ſtultiſsima iudicat. Et cùm ad contemplationem bonitatis tuæ cor meum prauum atque ſuperbum accingitur, nequiſsimum oculum atque inuidum aſſumit, quia tu bonus es. Matt.20.
Sic enim indignabũdum interrogat: Quis ferat vt illud corpus Chriſti dicatur, quod putredinem pati videmus atque confringi? Quid magis barbarum, quàm vt homo Deum corporaliter edat? Quomodo poteſt impius ſacrificulus quatuor verbis elicere corpus Chriſti è cœlo? Quid magis Deo indignum, quàm ſi impiorum manibus nunc attrectetur, & impio ore ſumatur? Illud verò quomodo conſentaneum ſit diuinæ bonitati, quòd impios atque atheos Pontifices veritatem ſynceręe religionis in tam grãdi myſterio doceat,

& à peſsimis hominibus viros pios velit euangelij interpretationem expetere? Et hæc quidem videntur admodum eſſe pręclara: ſed dum immenſam bonitatem tuam in præcipuo vnigeniti tui myſterio conſidero, æquè, ſi ea recipiam, blaſphemabo myſterium incarnationis vnigeniti tui. Dicam enim cum Neſtorio: Quis ferat, vt Deus dicatur è fœmina natus? nunquam bimeſtrem aut trimeſtrem appellabo Deum. Quomodo potuit fœmina octo verbis Deum in vterum ſuum deducere, eumque vtero circundare? Quid abſurdius, quàm vt Deus crucifigatur & moriatur? ne glorieris Iudææ: non Deum, ſed hominem crucifixiſti. Dicam cum im-
Sap. 2. pijs Iudæis: Si Chriſtus filius Dei eſt, libe-
Matt. 27. rabit eum de manibus contrariorum, nec permittet eum morte turpiſsima condemnari. Denique, ſi bonitati tuæ repugnat, & non potiùs ſupra modũ eam admirabilem
Matth. 23 oſtendit, quòd per impios & Scribas & Phariſæos docuiſti legem Moyſi ſerui tui,
Matth. 2. teſtimonium perhibuiſti loco natiuitatis filij tui, requirentibus eum Magis, & hoc ſolicitante impijſsimo Herode: rurſum, ſi vel hoc non omnem pietatem ſuperat,
Matth. 1. quòd per impios reges atque idololatras,

non

non obſtante omni eorũ idololatria, promiſſum Abrahæ & Dauidi de vnigeniti incarnatione impleuiſti, eos in illius generationem miniſtros aſſumens ad aliorum ſalutem, qui ipſimet filij tui cõſortes futuri non erant: iterum, ſi non ſit pietatis mirabile argumentum, quòd per impios euágeliſtas & ſacramentorum miniſtros, ad te peccatores conuertis & iuſtificas: fatebimur etiam bonitatem tuam non decere, vt per malos Epiſcopos doctrinæ veritatem cuſtodias. At quia ſpiritu tuo edocti, in omnibus iſtis glorificamus miſericordiam tuam, qua fit vt etiam meritis hominum aliud exigentibus, pietatis tuę nõ obliuiſcaris: ſcimus etiam ſpiritum tuum doctrinam cuſtoditurũ per eos qui ejus officium gerunt, cui eſt dictum: Non deficiet fides tua. quia certè id promiſit is q fallere neſcit, filius tuus. De quibus quidẽ cuſtodibus cor inuidum plura mala credit, imò cõminiſcitur, quàm veritas habeat. Atqui quomodo nõ inuideat in tanta dignitatis eminẽtia collocato, præſertim cùm ſuperbia proprijq; ſenſus libido ſibi talẽ ſentiat maximè aduerſari? prout Chriſtus futurũ prædixit: Quocunq; igitur me verto, Domine Deus pater, & dominator cordis & Lucæ 22.

intelli-

intelligentiæ meæ, nihil reperio inter tot propriæ mentis inſidias remedij, niſi vt ſub potentia, ſapientia, ac bonitate tua me prorſus deijciens, oculos conuertam ad opus ſpiritus tui Eccleſiam ſanctam catholicam: inconcuſsè credens, eum nunquam illam derelinquere, ſed vniuerſa chariſmata ſalutis noſtræ in ea perpetuò operari, eamque firmam veritatis ſedem efficere: ne ad angulos obſcuros & temporaneos declinans, ſpiritui tuo opus eo indignum ac vile nimis aſsignans, atque hoc modo ei contumeliam irrogans, inueniar ab eius gratia alienus. Tu igitur, Pater cœleſtis, intuere quomodo amore peruerſo ſcientiæ boni & mali, tibi incredu

Geneſ.3. lus fuerit Adam, atq; nos omnes eodẽ mor bo infecerit, vt vſq; hodie ea quæ ſpiritus

1.Cor.2. tuus loquitur, ſtultitia ſint nobis, niſi vnigenitus tuus lux vera tenebras cæci cordis noſtri diſcuſſerit. Recordare quod vnige-

1.Cor 1. nitus tuus ſtultitia ſit habitus à Gentibus,

Marci 3. & à Iudæis inſanus ſiue in furorem verſus

Ioan.8. & dæmoniacus dictus, vt nos à ſtultitia noſtra liberaret, ac à ſpiritu cæcitatis errorũq; eriperet. Adiuua igitur nos, graui certamine contra propriam infidelitatem atque ſapientiam carnalem luctantes. Credimus

quidem tibi, vnigenito tuo,atq; Eccleſiæ, quæ ſedes eſt ſpiritus tui: ſed languet fides, grauiter premitur, nutare incipit, iamq; labaſcit:& inter tot errorũ laqueos & veriſimiles falſitates,ex grandi libidine proprij ſenſus vix cõſiſtit. Adiuua igitur, Domine,incredulitatẽ noſtram,& manum protectricem extende. Patefac technas & fraudes Satanicas, quibus gregem tuum conatur lupus frequentiſsimus idemq; ſæuiſsimus diſpergere.Et quid facies magno nomini tuo? Quid dicetur de vnigenito filio tuo? Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ domine,ſicut iuraſti Dauid in veritate tua? Vbi promiſsio à filio tuo facta fideli famulo eius Petro?Ecce iam aiunt,qui adhuc Chriſtiani dici volunt:O Iſrael, non eſt tibi pars in Dauid,neq; hæreditas in filio Ieſſe.Iam, inquiunt,defecit fides cathedræ Petri à mille annis.Chriſtiani qui adhæſerunt Petro ſeruo tuo, dicuntur fuiſſe adoratores panis, idololatræ imaginum, deificatores mortuorum hominum, & grauiori iniuria te toto illo tẽpore affeciſſe, quàm gentiles & perfidi Iudęi, quibus filius tuus dixit:Relinquetur vobis domus veſtra deſerta.Hi enim pro creatore creaturam non colunt. Vbi ergo eſt promiſsio

Ioſue 7. Pſal. 88. Matt. 16. 2.Reg. 20 Matt. 23.

illa:

Matt.28. illa: Ego vobiſcum ſum omnibus diebus
Eſa.60. vſq; ad conſummationẽ ſeculi? & illa, Ponam eccleſiam (in Hieruſalem ortam) in ſuperbiam (magnificentiam & claram nobilitatem) ſeculorum, gaudiũ in generationem & generationem? Vbi & illa: Erit in
Eſaiæ 2. nouiſsimis diebus præparatus mõs domus domini in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles: & fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent: Veni & aſcendamus ad montem domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias ſuas & ambulabimus in ſemitis eius? Vbi & illud fœdus, datum timentibus nomen domini & gloriã eius ab Occidente et Oriẽte:
Eſaiæ 59 Spiritus meus qui eſt in te, & verba mea quæ poſui in ore tuo, non recedẽt de ore tuo, & de ore ſeminis tui, & de ore ſeminis ſeminis tui, dicit dominus, amodò & vſq; in ſempiternnm? Turcæ autem nihil aliud clamant, quàm, Vbi eſt iam Deus chriſtianorum? Patet nunc, verum Deum nos docuiſſe aduerſari Ieſu Chriſto in æternum.
Eſa.64. Nunquid ſuper his continebis te domine?
Pſal.78. Adiuua nos igitur, Deus ſalutaris noſter: & propter honorem nominis tui, domine, libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum: ne amplius

dicant

dicant in gentibus: Vbi eſt Deus eorum?
Quieſcat ira tua. Ecce tot myriades anima- Exod. 32.
rum in infernum demerſæ ſunt. Tu domi- Pſal. 101.
ne, pater noſter. Vſquequo adhuc? Tu do-
mine in æternum permanebis, ſolium tuũ Pſalm. 88
(Eccleſia) in generatione & generationẽ 1. Par. 17.
Oſtende igitur quod te oſtenſurum pro-
miſiſti. Fac his qui Iſraël impugnant, quod
pollicitus es Eccleſiæ. Cõcide ceruices pec-
catorũ. Confundantur & conuertantur re- Pſal. 128.
trorſum omnes qui oderũt Sion. Fiant ſi-
cut fœnum tectorum, quod priuſquã euel-
latur exaruit: De quo nõ implebit manum
ſuã qui metet, nec ſinũ ſuũ qui manipulos
colliget. Quibus tanquã ſocijs ſuis, dicere
nõ audent qui hoc ſeculum pertranſeunt,
ad cœleſtẽ patriã feſtinãtes: Benedictio do-
mini ſuper vos: Benediximus vobis in no-
mine domini. In nobis, domine, non eſt tã- 2. Para-
ta fortitudo, vt poſsimus multitudini hæ- lip. 20.
reticorũ reſiſtere. Sed cũ ignoramus quid
agere debeamus, hoc ſolùm habemus reſi-
dui, vt oculos noſtros dirigamus ad te: ſci-
entes promiſsionem qua promiſiſti ſpi-
ritũ tuum in Eccleſia permanſu-
rum, eſſe promiſsionem
tuam.

Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Marci 9.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDEX SCRIPTVRARVM veteris & noui Teſtamenti, paſsim in libro hoc expoſitarum.

Geneſis.

* Capite — Pagina

2. HOC nunc os ex oſsibus meis etc. 123.126.
4 Et reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera etc. 73.
8 Odoratus eſt dominus odorem holocauſti etc. 73.
17 Erit pactum in carne veſtra. 75.
28 Dominus eſt in loco iſto. 79.
29 Os meum & caro mea es. 123.126.
49 Lauabit in vino ſtolam ſuam etc. 110.

EXODI.

7 Deuorauit virga Aaron virgas Magorum. 126.
12 Immolate phaſe. 75.
Ibid. Paſcha eſt Domini. 109.
Ibid. Erit vobis in ſignum. 67.
23. Non apparebis in conſpectu meo vacuus. 79.

LEVITICI.

17. Sanguis pro animæ piaculo ſit. 77.
Ibid. Anima carnis in ſanguine eſt. 107.

DEVTERONOMII.

4 Deus noſter ignis conſumens eſt. 80.
23 Habebis locum extra caſtra, ad quem egrèdiaris ad requiſita naturæ. 79.

1. REGVM.

16 Num coram Domino eſt Chriſtus eius? 79.
3.Reg. c. 9. Erunt oculi mei & cor meum ibi. Ibid.

PSALMO.

5 Neq; habitabit iuxta te malignus etc. Ibid.
38 Adorate ſcabellum pedum eius 67.
44 Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato etc. 83.

Aſcen-

67. Aſcēdens in altū,etc.dedit dona hominibus.7.
77. Nunquid & panem poterit dare, etc. 187.

SAPIENTIAE.

2 Gloriatur patrem ſe habere Deum;Videamus ergo ſi ſermones etc. 66.
8. Attingit à fine vſque ad finem etc. 6.

ISAIAE.

40. Quis cœlos palmo ponderauit etc. Ibid.
49. Dedi te in fœdus populi 91.
53. Generationem eius quis enarrabit? 62.
60. Ponam Eccleſiam in ſuperbiam etc. 121.

IEREMIAE.

11. Venite,mittamus lignū in panem eius.110 .111.

MATTHAEI.

6. Panem noſtrum quotidianū da nobis ec. 138.
11. Si vultis recipere,ipſe eſt Helias 90.
16. Sunt quidam de hîc ſtantib⁹ etc. donec videāt filium hominis venientem in regno ſuo 131.
19 Iam non ſunt duo ſed vna caro. 48.
Ibid. Facilius eſt camelum tranſire per foramen acus etc. 190.
23. Amodo non videbitis me. 94.
26 Accepit Ieſus panem,& benedixit, ac fregit, deditque etc. 124.
Ibid. Hoc eſt corpus meum. 35.36.37.
Ibid. Hic eſt ſanguis meus,noui & æterni teſtamēti etc. 38.90.
Ibid. Me non ſemper habebitis. 94.
Ibid. Dico vobis:Non bibam amodo de hoc genimine etc. 128.

MARCI.

14. Et accepto calice gratias agens dedit eis, & biberunt etc. 132.
Ibid. Non bibā de genimine vitis vſque in diem illum etc. 132.

Surrexit,

16. Surrexit, non eſt hîc 206.

LVCAE.

2. Non erit impoſsihile apud Deum omne verbum 188.
Ibid. Ecce poſitus eſt hic in ruinā etc. 4.
8. Quis me tetigit? 116.180.141.
11. Si ego in digito Dei etc. profectò peruenit in vos regnum etc. 131.
17. Regnum Dei intra vos eſt Ibid.
22. Cum adhuc eſſem vobiſcum. 94.
Ibid. Dico vobis: quia ex hoc non manducabo illud donec impleatur etc. 129.
Ibid. Hic calix eſt nouum teſtamentum in ſanguine. 90.
Ibid. Hoc facite in meam commemorationē. 30.
Ibid. Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare etc. 25. 111. 34.
23. Hodie mecum eris in paradiſo. 9.
24. Ipſe finxit ſe longiùs ire. 97.

IOANNIS.

1. Et vidimus gloriam eius, quaſi vnigeniti etc. 99.
Ibid. De plenitudine enim eius omnes accepimus. 8.
3. Nemo aſcendit in cœlum, niſi etc. 8.10.
5. Pater non iudicat quenquam 205.
6. Spiritus eſt qui viuificat etc. 67.69.
Ibid. Qui manducat meam carnem etc. 43.50.
Ibid. Si quis edat ex hoc pane etc. 114.140.
Ibid. Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare etc. 38.
Ibid. Si ergo videritis filium hominis aſcendentem etc. 87.
Ibid. Ego ſum panis viuus qui de cœlo etc. 62.
Ibid. Qui manducat meam carnem etc. habet vitam etc.

vitam etc. 64.
12. Omnia traham ad meipſum etc. 8.
15. Ego ſum vitis, vos palmites etc. 42. 44.
17 Rogo vt omnes vnum ſint etc. 43.
Ibid. Claritatem quam dediſti mihi dedi eis. 50. 55.
19. Mulier, ecce filius tuus. 90.
20. Cũ fores eſſent clauſæ, venit Ieſus etc. 192.
Ibid. Venit Ieſus ianuis clauſis. Ibid.

Actorum.

4. Communicabant in fractione panis etc. 125.
Ibid. Multitudinis credentiũ erat aĩa vna etc. 48.

Pauli ad Romanos.

1. Paulus ſegregatus in euangelium Dei, quod antè promiſerat. 91.
4. Confortatus eſt, dans gloriam etc. 218.
12 Regnum Dei eſt iuſtitia etc. 131.
10 Finis legis Chriſtus ad iuſtitiam etc. 92.

1. ad Corinth.

2 Si enim cognouiſſent, nũquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. 8. 180.
3 Qui plantat & qui rigat vnũ ſunt. 48.
6 Deus ventrem deſtruet. 94.
Ibid. Qui adhæret meretrici vnum corpus efficitur. 47. 51. 52.
Ibid. Neſcitis quia membra veſtra etc. 43.
Ibid. Qui adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt. 52.
10 Petra erat Chriſtus. 83.
Ibid. Omnes eandem eſcam ſpiritalem etc. 84.
Ibid. Panis quem frangimus etc. 125.
Ibid. Vnus panis & vnũ corpus ſumus etc. 128. 42.
11. Ego accepi à domino, quod etc. 39.
11 Hic calix, nouum teſtamentum eſt etc. 90.
Ibid. Quotieſcunq; manducabitis panem hunc etc. 125.
Ibid. Iudicium ſibi manducat etc. non dijudicãs

corpus.etc. 56.57.
Ibid. Itaq́;, quicunq; manducauerit etc.reus erit corporis etc. 26.55.
12. Sicut enim corpus vnũ & membra etc. 91.
15. Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt. 94.
Ibid. Non corpus quod futurum eſt etc. 95.
Ibid. Et tu quod ſeminas non viuificatur, niſi priùs etc. 152.

2. CORINTH.

5. Etſi noueramus ſecundùm carnem etc. 94.

AD GALATH.

3. Chriſtum induiſtis, quotquot in Chriſto baptizati.etc. 82.
Ibid. Omnes vos vnum eſtis etc. 48.

AD EPHESIOS.

4. Aſcendit ſuper omnes cœlos, vt adimpleret etc. 7.
5. Erunt duo in carne vna. 40.& in ſequent.
Ibid. Membra ſumus corporis eius. 43.

AD PHILIPPENSES.

2 Qui cùm in forma Dei eſſet etc. 99.
Ibid. Dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen etc. 66.

1. TIMOTH.

1 Finis præcepti eſt charitas. 92.
Ibid. Miſericordiam conſecutus ſum, quia ignorans etc. 203.

AD HEBRAEOS.

9 Hic eſt ſanguis fœderis etc. 91.
Ibid. Omnia penè in ſanguine ſecundùm legem mundabantur. 77
10. Impoſſibile eſt ſanguine hircorum auferri. etc. 78.

INDEX SENTENTIARVM
Patrum, hoc libro ab Autore elucidatarũ, eo quòd prima fronte & oſcitanter lectæ minùs viderentur catholicæ doctrinæ de euchariſtia conſonæ.

Ambroſius.

LIbro 4. de ſacramentis cap. 5. Sacramenta transfigurantur etc. Pagina 100.
Ibidem: Chriſtus nunc in imagine offertur etc. Ibid.
Ex Pſalmo 30. ſi quæ ſimilia adferantur. Ibid.
Libro de ijs qui myſterijs initiantur cap. 9. Poſt conſecrationem corpus Chriſti ſignificatur etc. 105.
Libro 5. de ſacram. ca. 4. Non iſte panis eſt qui vadit etc. 138.
Libro de myſterijs initiandis c. 9. Si tanta vis eſt in ſermone etc. quanto magis operatorius eſt vt ſint quæ erant? 154.

Ambroſio aſcriptus commentarius in epiſtolas Pauli.

In c. 11. prioris ad Corinth. Qui morte domini etc. carnem & ſanguinem quæ pro nobis oblata ſunt ſignificamus. 98.

Auguſtinus.

Ex epiſtola 23. ad Bonifacium: Sicut ergo ſecundũ quendam modum etc. 93.
In Pſalmum 98. Non hoc corpus quod videtis etc. 96.
Lib. 3. de doctri. Criſt. c. 16. Flagitium videtur præcipere etc. 96.

In Pſal.tertium:Iudam adhibuit Dominus etc. in quo corporis & ſanguinis ſui figurám etc. 98.
Lib.20. contra Fauſtum c.21.Huius ſacrificij caro poſt aſcenſum Chriſti per ſacramentum memoriæ celebratur. Ibid.
Ex c.12.lib.contra Adimantum.Non enim Dominus dubitauit dicere: Hoc eſt corpus meũ:cùm ſignum daret et. 106.
Ex 21.de ciuit.Dei ca.25.Nec hæretici & mali Catholici dicendi ſunt manducare etc. 113.
Tractatu 26.in Ioannem: quónam modo dixerit patres noſtros eandem eſcam nobiſcum manducaſſe in deſerto. 85.
Ex ſermone 2.de verbis Apoſtoli:Tunc erit vita vnicuique etc·ſi quod in ſacramento viſibiliter ſumitur,in ipſa veritate ſpiritaliter manducetur etc. 113.
Ex tractatu 26.in Ioannem:Huius rei ſacramentũ etc:res verò ipſa cuius ſacramentum eſt . Ibid.
Ex tractatu 59.in Ioannẽ:Illi manducabant panẽ Dominum,ille panem domini. 116.
De conſenſu Euangeliſtarum libro.3 . cap.1. quomodo ſit intelligendus , dicens Lucam per anticipationem hoc ſcripſiſſe:Dico vobis quia ex hoc etc. 133.
Serm.28.de verbis Apoſtoli: Corpus Chriſti non eſt panis qui vadit in corpus etc. 138.
Lib.3.de Trinitate c.10.:Panis ad hoc factus,in ſacramento accipiendo conſumitur etc. 141.143.
Ibid. Illud quod in altariponitur etc. pietatis peracta celebratione conſumitur. 142.
Ex tractatu 25.in Ioannem:Quid paras dentem & etc. 147.
Contra aduerſarium legis & prophetarum lib.2. cap.9.quarè inter figuratas locutiones recen-

ſeat:Edere carnem etc. 149.
Cõtra Maximinum lib.3.c.22.Hæc enim ſacramẽta ſunt,in quibus etc. 160.
Ex c.5.lib.3.de doctrina Chriſt:Ea demum eſt miſerabilis etc. 161.
Ex ſermone ad infantes à Beda citato in 10; caput prioris ad Corinth:Hoc quod videtis etc. 166.
Ex epiſtola 57.ad Dardanum : Noli dubitare , ibi nunc eſſe hominem etc. 204.
Ex tractatu.30.in Ioannẽ : Corpus domini in quo reſurrexit etc. 205.
Tractatu 77.in Ioannem:Hæc locutus ſum vobis etc. Ibid.
Tractatu 50.& 92 . in Ioannem : quomodo dicat Chriſtum præſentia corporali reliquiſſe diſcipulos etc. Ibid.
Tract.50.ibidem:Si bonus es,ſi ad Chriſti corpus etc. Ibib.
Lib.20.contra Fauſtum ca. 11.Secundùm præſentiam ſpiritalem etc. 206.
Ex epiſt.ad Dardanũ:Nõ potuit obtinere etc.Ibid.
Ex eadem epiſtola:Vbiq; Deus etc.Nam ſpatia locorum tolle corporibus et. 207.
Ex eadem epiſtola:Carnis formæ atq; ſubſtantiæ Chriſtus immortalitatem etc. 208.
Ex ſermone ad recens baptizatos:Chriſtus aſcendit in cœlum etc. 208.
Capite 26.lib.de cathecizandis rudibus: De ſacramento ſanè cùm accepit etc. 211.
In Pſalmum 38 . Ideo & ad terram quamlibet etc. 68.

Baſilius.

In Miſſa ſua : Confidentes tuo ſacro altari etc. antitypa S.corporis & ſanguinis Chriſti.17.100

Beda.

Ex commentario in 10.cap: prioris ad Corinth. Hoc quod videtis in altari etc. 166.

In idem caput ex ſermone Auguſtini ad recens baptizatos, Chriſtus aſcendit in cœlum etc. 208.

Cyprianus.

In epiſtola 3.ad Cecilium, libro 2. epiſtola. quomodo ſit intelligendus probâſſe vinũ fuiſſe, quod Chriſtus ſanguinem ſuum dixit. 133.

In ſermone de cœna Domini, quomodo dixerit, nos non acuere dentem etc. 150.

Ibidem: Et ſicut in perſona Chriſti humanitas etc. 151.

Euſtatius.

In illud prouerbiorum: Edite panem meum etc. Hic per panem & vinum,antitypa membrorum corporalium etc. 17.101.

Fulgentius.

Quomodo dicat: Hic calix quem vobis trado, nouum teſtamentum ſignificat etc. 92.

Gelaſius.

De duabus naturis contra Eutycen etc. Certè ſacramenta quæ ſumimus etc. & tamen eſſe non deſinit ſubſtantia vel natura panis etc. 163.

Gregorius.

Quomodo dicat nos edere azimum etc. 170.

Heſychius.

Ex libro ſecundo in Leuiticum cap. 8. quomodo dicat myſterium eſſe panem & carnem etc. 133.

In 1.cap.epiſtolæ ad Epheſios: Dupliciter ſanguis Chriſti.

Chriſti & caro intelligitur. 94.
In 26.caput Matthæi:Poſtquam typicum paſcha etc. 101.
In 66.cap.Iſaiæ:qua ratione neget impuros carnem Ieſu edere. 140.

Irinæus.

Lib.4.c.34. Quemadmodum qui eſt à terra panis etc. 151.

Origenes.

In 15.cap.Matthæi : Panis ſanctificatus, iuxta id quod habet materiale etc. 144
Lib.8.contra Celſum: Nos conditori rerum morem gerentes etc.vbi & gratias diximus, oblatis panibus veſcimur. 145.
In 26.cap.Matthæi:Panis iſte quem Deus Verbũ etc. 147.
Homilia.16.ſuper Numeros:Bibere dicimur ſanguinem Chriſti etc. Ibid.

Theodoretus.

Dialogo primo in Polimorpho:Manifeſtus eſt ſcopus ijs etc. 164.165.

Tertullianus

Lib.1.contra Marcionem : Chriſtus pane corpus ſuum repreſentauit. 101.
Libro 4. contra eundem. Acceptum panem & diſtributum, corpus ſuum illum fecit etc. 109.
Libro primo contra eundem quomodo intelligẽdus dicere, Deum panem creaturam ſuam non abieciſſe, quandoquidem illo corpus ſuum repręſentauit. 153.

A

Abelis ſacrificium ſacrificij noſtri typum fuiſſe. 23.
Abſurditas quãta ſequatur Caluini de verbis domini etc.expoſitionem. 21.
Accidentia panis & vini remanentia in Euchariſtia,non propriè nutriunt, ſed Chriſti caro per illa. 134.203.
Adoratam fuiſſe ſemper Euchariſtiam. 66.
Adorationem euchariſtię,quę ſemper in vſu fuit, probare corpus Chriſti eſſe in euchariſtia.Ibid.
Adorationis Euchariſtiæ defenſio. 68.
Agnum paſchalem Chriſti immolandi fuiſſe figuram. 24.
Agnum paſchalẽ indeuotè manducantes nõ fuêre rei corporis domini:tametſi ille eſſet figura corporis domini. Ibid.
Agnus Exod.12.cur & qua locutione tranſitus appelletur. 76.
Agnus cur vocetur tranſitus ad ſignificandum Iſraelis ex AEgypto egreſſum. Ibid.
Agnum per analogiam ſeu ſimilitudinem ſignificâſſe Chriſtum. 76.
Ambroſij eſſe illos libros de ſacramentis , qui ei adſcribuntur. 156.
Ambroſius ſcripſit librum de figuris veteribus et propheticis,qui non extat. 158.
Ambroſius quamobrem dictus fuerit Manichęus à Iouiniano. 183.
Amor Chriſti erga nos vnde maximè pateat. 45.
Analogia ſacramenti Euchariſtiæ qui remaneat remotis pane & vino. 134.
Animus malignus,qualis ſit. 188.
Animam eodem tempore diſtantiſsimis in locis nõ eſſe:Auguſtin⁹ nõ auſus fuit affirmare.208.
Apoſtoli

Apoſtoli quomodo verba domini in vltima cœna acceperint. 37.
Aqua nunquam legitur benedicta à Chriſto. 33.
Aquam filijs Iſrael ſemel datam in deſerto, nunquam defuiſſe. 87.
Aqua e petra manans in deſerto, Chriſtum qualiter ſignificârit. Ibidem.
Aqua baptiſmi Spiritum ſanctum deſignat. 27.
Aſina Baal Num. 22. poteſtate angeli ſancti loquebatur. 120.
Audiendos non eſſe hæreticos, etiam ſi miracula ederent. 18.
Auguſtinus quàm fuerit certus de Chriſti qualicunque doctrina. 19.
Auguſtinus non ſemel oppugnat Manichæos ex aliena ſententia. 106.
Auguſtinus de ſacramento euchariſtiæ loquens, cur vbique hac eius vtatur deſcriptiône: Sacramentum quod nôrunt, etc. 29.
Auguſtino tripliciter participatur ſacramentum euchariſtiæ. 115.
Authóritate catholicorum infirmata, cur ſit & ſcripturarum infirmata. 19.

B

Baptiſmi vis. 60.77.
Baptizatos non fuiſſe Iudęos tranſeundo per mare rubrum. 86.
Baptizatos in mari, eos cur dicat Apoſtolus. Ibid.
Baptiſmi vmbram fuiſſe in eorum per mare rubrum tranſitu. Ibid.
Baptiſmo quid deſignetur. 20.27.
Baptiſmo & deſignatur & fit animæ lotio: & vnde id? 123.
De baptiſmi ſacramento loquentes ſcripturas habes. 73.

Baſilij

Baſilij miſſa recto-ne ſit adhuc hodie ordine. 100.
Benedictionem Dei circa creaturā, creaturæ mutationem in melius deſignare. 33.
Benedictio panis & vini, quæ-nam ſit. 35.
Berengarius erroris de eucharistia primus author. 14.
Berengario mortuo cur & eius ſecta mortua. 16.
Berengarij confeſsionem errores non continere, ſed ex veteribus patribus ſumptam eſſe. 179.
Bertrami authoritatem in ſentētia de euchariſtia nihili faciendam. 170.
Bertramus idem quo tempore vixerit. Ibid.
Bibit Chriſtus ex ſanguine ſuo. 38.133.
Bicorporem Chriſtum non ideo dicendum, quòd ſimul ſit eius corpus in pluribus locis. 203.
Brentij ſententia ratione refutatur, & vt ſcripturis contraria. 5. vſq; ad 9.
Brentij errorem in hac re, etiam Auguſtinus confutauit. 8.

C

Caluini ſententia de euchariſtia: & quantæ abſurditates ex ea. 10.
Caluiniani ita euchariſtiam dicunt Chriſti corpus, vt olim Hebionitæ filium Mariæ dixêre Dei filium. 4.
Caluiniani contra Dei omnipotentiam murmurant, vt quondam Neſtoriani. Ibid.
Caluinus quàm perditorū ſententiā teneat. 5.199.
Caluinus vt Dei omnipotentiæ, ita & miſericordiæ limites ponit. 200.
Caluinus quemuis ad euchariſtiam admittendum dicit: Cyprianus verò quoſdam arcet. 140.
Carnem Chriſti carni noſtræ coniungi corporaliter 40. vſq; ad 48.
Caro abluitur, vt anima emaculetur. 60.

Caro Chriſti cur & nunc conuenienter ſalutem hominum operetur ſui contactu. 64.
Caro Chriſti qua ratione rectè dicatur panis. 122.
Caro Chriſti in Euchariſtia eſt cibus corporalis. Ibidem.
Caro Chriſti in hoc ſacramento cur in ſpecie carnis non appareat. 105.174.
Carnem alterius, non autem Chriſti, cur horreamus edere. 176.
Cathecumenis olim corporis Chriſti ſignum, non corpus Chriſti dabatur. 29.
Catholici etiam in materia de euchariſtia mediæ ſunt inter hæreticos ſententiæ, vt olim in myſterio incarnationis etc. 5.
Charitas Chriſti erga nos. 45.
Circuncиſio quid per ſimilitudinem ſignificet. 75.
Circũciſio quomodo fuerit fœderis Dei cũ Abraham initi ſignum. Ibidem.
Cyrillus vnitatem naturalem aſsignat inter nos duplicem. 2.53.
Confeſsiones Berengarij duæ. 14.15.
Coniunctio duarum in Chriſto naturarũ vt fuerit à Patribus ex hoc ſacramento illuſtrata. 61.
Columba ſuper Chriſtum in Iordane deſcendẽs, per ſimilitudinem quid ſignificauerit. 81.
Communio frequens vtilis. 139.173.148.158.
Coniunctionem diuinæ & humanæ naturarum in vna perſona Chriſto, quid ſingulariter explicet. 5.61.204.
Conſecratione panis opus eſſe vt habeamus euchariſtiam. 30.
Conſecrare nos debere. Ibidem.
Conſecramus non tantùm agendo gratias, ſed & orationem præmittendo. 34.
Cõſecratio panis in corp⁹ etc. quomodo ſimilis ſit

creationi

creationi Chriſti in vtero virginis. 60.
Conſecratio fit verbis Chriſti. 31.32.36. 172.
Conſecratio aquæ quæ fit ab Eccleſia, quid deſignet. 33.
Conſequentiam hanc: Chriſtus filius hominis qui ambulat in terra, eſt in cœlo, ergo Chriſtus eſt in cœlo ſecundùm humanam naturam: inualidam eſſe. 10.
Conſequentia hæc: Corpus Chriſti eſt in cœlo, ergo non eſt in terra: an bona ſit. 202.
Conſtantienſis ſynodi de euchariſtia ſentẽtia. 13.
Conſumatur-ne euchariſtia? 142.
Conſumi id quod in altari ponitur, quomodo dixerit Auguſtinus de euchariſtia loquens. 141.
Conuerſio panis in corpus etc. comparatur multiplici rerum aliarum conuerſioni. 35.
Conuenit carne Chriſti paſci priùs carnẽ noſtrā, quàm animam. 59.
Corporibus noſtris factis immortalibus, quid probet poſſe dari, vt in cœlo valeāt habitare. 184.
Corpus Chriſti, vt creaturam, non poſſe eodem momento vbique eſſe, ſicut eſt per Dei potentiam multis in locis. 7.
Contra naturam corporis eſt, quòd aliquò intrat ianuis clauſis. 197.
Corpus Chriſti vt ſit in altari, e cœlo non deſcendit. 61.
Corpus Chriſti quomodo ſit in altari. 204.
Corpus Chriſti contra mali angeli inſidias ſic eſt munimentum, vt agnus Iudæis contra exterminatorem etc. 158.
Corpus ſupremum loco non ambitur etſi corpus ſit. 207.
Corpora duo vt ſimul poſſunt eſſe in eodẽ loco, ita & vnũ poteſt eſſe in diuerſis locis ſimul. 203

Credendum vbique Deo. 40.189.
Credebat Auguſtinus ſcripturis, ſolius Eccleſiæ authóritate motus. 18.
Corpus vnum inter nos quì dicamur ab Apoſtolo. 43.& 44.
Chriſtus in cœna vltima ferebat ſeipſum manibus ſuis. 63.
Chriſtus cur in vltimo vitæ ſacramẽtum euchariſtiæ diſcipulis commendârit. 39.
Chriſtus offertur in altari quaſi recipiens paſsionem. 100.
Chriſtus qua ratione ſit ſignum filij Dei. 99.161.
Chriſtus accommodans ſe noſtris ſenſibus, commendauit ſua ſacramenta in rebus quibus aſſueti ſumus. 175.
Chriſtus ratione ſuæ internæ quantitatis eſt ſolùm in cœlo. 124.
Chriſtus qua ratione ſit in multis locis. Ibid.
Chriſt' quomodo dicatur reliquiſſe mũdũ. 94.204.
Chriſtus ſe offert in altari primógenitũ pinguiſſimum totius gregis electorum. 23.
Chriſtum in nobis eſſe nõ tantùm per charitatẽ, ſed etiam naturali participatione. 43.
Chriſtus quomodo ex ſententia Wiclef tranſijt ianuis clauſis. 192.
Culpa pœnæ ita eſt coniuncta, vt operatio ſuæ naturæ. 121.
Cura quanta fuerit olim Chriſtianis, ne euchariſtia veniret in manus Gentilium. 27.

D

Dæmones adhærendo ignibus inferni accipere ex illis pænam, non dando illis vitam, vt ſpiritus hominis dat corpori, mirum eſt. 184.
Dentes acuere accedentem ad euchariſtiam vetat Cyprianus. 149.

Diabolus quando-nam periculosè fallat. 71.
Diſcernendum non eſſe panem euchariſtiæ ab alijs panibus (contra Apoſtolum) ex Caluini ſententia ſequi. 58.

E

Eccleſiæ ſtatutum, vt à ieiunis ſumatur Euchariſtia. 142.111.
Eccleſiæ ſenſum ſequentes, cur ſe ſciant ſcripturarum veritatem tenére. 19.
Ego non ſum ego, inquit quidam, etc. 95.
Epheſinæ ſynodi primæ ſentētia de euchariſtia. 17
Eiuſdem quanta ſit authoritas. Ibid.
Eſto quòd verum eſſet, in euchariſtia eſſe operationem quæ iuxta naturalem rerum curſum in ſolo pane inueniretur, non ſequeretur, in ea eſſe panem. 121.
Eſus dominici corporis præſignatus fuit in eſu multiplicatorū pauculorū panū & piſciū. 34.
De eſu & potu euchariſtiæ. 40.
Ex eſu Euchariſtiæ cōuicerunt Veteres, Chriſtum aſſumpſiſſe veram carnem. 41.
Ex eſu dominicę carnis etiam Arriani fuêre à Patribus confutati. 42.
Euaneſcant-ne panis & vinum etc. 124.
Euangeliſtæ quando-nam deſcribant Chriſtū Deo patri gratias egiſſe. 33.
Euchariſtia qua ratione potior ſit agno Paſchali. 25.
Euchariſtiam eſſe præſtantius ſacramentum baptiſmo. 27.
Euchariſtiam olim non niſi fidelibus cognitam fuiſſe. 28.147.
Et quid inde doceamur? 28.
Euchariſtiæ inſtitutio ad veſperam facta, vti agni Paſchalis. 158.

Eucha-

Euchariſtiam nuſquã in ſcripturis panem appellari ſimpliciter. 125.
In euchariſtia deſignatur, carnẽ Chriſti eſſe animæ alimentum. 134.
Euchariſtia qua ratione dici poſsit terrena ſubſtantia. 153.
Euchariſtiam eſſe exemplar myſterij incarnationis. 5.61.
In Euchariſtia eſt quod cibat & nutrit corporaliter. 134.
Exempla potentiam Dei multùm inſcrutabilem oſtendentia. 119.184.189.195.

F

Ferebatur Chriſtus in manibus ſuis, inquiunt Auguſtinus & Proſper. 63.
Fideles omnes quomodo vnum corpus ſint inter ſe. 46.
Figura eſt corporis, ergo non eſt ipſum corpus: non ſequi. 98.
Filius hominis quo ſenſu dicatur Ioan.3. de cœlo deſcendiſſe. 10.
Filius Dei cur ſe voluerit demonſtrare in corpore. 58.99.
Firmiſsimam eſſe oſtenſionem rei alicuius, quæ petitur ex totius eccleſiæ ſenſu. 12.
Florentinæ ſynodi ſententia de euchariſtia. 13.
Florentiæ habuerint-ne Latini cum Gręcis quæſtionem de tranſſubſtantiatione. 171.
Forma ſacramenti euchariſtiæ quænam ſit. 13.
Fœlicitatem terrenam cur Deus etiam famulis ſuis nonnunquam tribuat. 175.
Frangitur caro Chriſti in euchariſtia. 66.179.122.

G

Gelaſij & Theodoreti elucidatio, ea parte qua ex eucha. oſtẽdũt, in Chriſto eſſe duas naturas. 168

Genimen

Genimen vitis non erat, quod Chriſtus dicebat ſanguinem ſuum. 129.
Gentiles cur olim obiecerint Chriſtianis, ab eis coli Liberum & Cererem. 29.
Gentiles Chriſtianis cur impoſuerint, quòd humana carne veſcerentur. Ibid.
Gloriæ Chriſti deroget-ne dicens corpus eius eſſe in euchariſtia. 182.
Gloriæ Chriſti depereat-ne, quòd eius corpus nobis præbeatur edendum. Ibid.
Græcos nec in Concilio Florentino, nec anteà vnquam dubitâſſe de tranſſubſtantiatione panis. 171.
Glorioſi corporis naturæ non eſſe, vt aliquò intret per ianuas clauſas. 197.

H

Hæretici nequáquam audiendi. 18.
Hæretici hodie quotquot ſunt, ſacramēto euchariſtiæ contradicunt. 4.
Heſychius Gregorio fuit cōtemporaneus etc. 161.
Hilarius Arrianos negantes Deum patrem & filium vnū eſſe natura, ex euchariſtia quî confutârit. 44.
Hilarius quomodo dicat nos in Chriſto eſſe. 51.
Hymnum quoties legatur Chriſtus Deo patri ceciniſſe. 34.
S.Hilarion panem ex caricis habebat. 122.
Hoc eſt corpus etc. quid ibi pronomen ſignificet. 124.
Homo Chriſtus qua ratione dicatur perſona ęter- (na. 10.
Honore quanto honoratus ſit ſacerdos. 59.
Humilitatem Chriſti ſic in hoc ſacramento, atq; in eius incarnatione patére. 65.

I

Iacob Patriarcha oleum fundendo ſuper lapidem

dem, quid deſignârit. 34.
Ieiunus ſit, qui ſumit euchariſtiam. 111.148.159.
Ieſus Chriſtus in Eccleſia ſacerdos eſt & ſacrificium. 13.88.
Igne & cæteris terribilibus quæ viſa fuêre in mõte Syna, quid Deus deſignârit. 81.
Ignis qui apparebat Moyſi in rubo, quid ſignificârit. 134.
Illuminatio cæci nati etc. idem quod baptiſmus deſignabat. 85.
Immortalitas quomodo per euchariſtiam nobis reddatur. 64.41.60.43.
Impij hodie dicentes, Si corpus Chriſti eſſet in euchariſtia, nec fractio nec incineratio ei contingeret, Iudęis quib⁹ & quomodo ſimiles ſint. 66.
Impanationem non conſiſtere. 118.
Incarnationis dominicæ myſterij exemplar eſſe euchariſtiam. 5.61.
Incarnatus Chriſtus cur fuerit. 58.99.176.
Incarnatus Chriſtus quàm aptè ad immortalitatem etiam corpus noſtrum reducat. 60.64.
Indignè edens euchariſtiam eſt reus corporis domini, ergo euchariſtia eſt corp⁹ domini, etc. 56.
Indui Chriſtum per baptiſmum, qua ratione dicamur. 83.
Induti veterem Adam quî dicamur. Ibid.
Iniuſtitia tenens arma, ſæuiſsima eſt. 191.
Intraſſe ad ſuos ianuis clauſis dominus: quomodo dicatur. 192.
Iouinian⁹, ſicut hodierni hæretici, quomodo plùs æquo indulſerit humanę ſuę ratiocinationi. 183
Iudam etiam comediſſe corpus domini. 56.
Iudas accepta buccella cur cõtinuò exierit. 57.
Iudæos comediſſe corpus Chriſti annos 40, ex Caluini ſententia ſequitur. 26.
Lapis in titulum à Iacob erectus & oleo perfuſus, cuius rei ſignum. 34.

Lateranēſis ſynodi,celebratæ etc. ſententia de eucharistia. 13.
Liber de incarnationis dominicæ ſacramēto qui Ambroſio aſcribitur,non eſt Ambroſ. 24.
Linguæ igneæ diſpertitæ ſuper Apoſtolos in die Penthecoſtes,quid ſignârint. 81.135.
Locus quis ſit corpori Chriſti in euchariſtia. 203.
Lux illa prima quę creationis initio erat ad quartum vſq; diem,in ſubiecto non erat. 200.

M.

Maiores Caluini. 199.
Mali accipientes euchariſtiam, fiant-ne vna caro cum Chriſto. 47.140.
Malos quoq; corpus domini manducare. 56.
Manichæorum deliria & ſtulta dogmata. 106.107
Manichæi cur reiecerint Moyſen. 106.
Manna fuiſſe Chriſti corpus, Caluini ſententiam ſequitur. 26.
Manna Chriſti erat figura , prout in Euchariſtia editur. 87.90.187.
Manna licet omnis ſaporis haberet ſuauitatē,non tamen habebat ſubſtantiam omnium quæ ſuauiter ſapiūt: ſic et euchariſtia,licet ſapida ſit vt panis,non tamen etc. 121.
Manna ſapiebat vt panis oleatus, non tamen erat panis oleatus etc. Ibid.
Māna cur eſca ſpiritalis appelletur ab Apoſtolo. 84
Maria quum dixerit angelo, Quomodo fiet iſtud? cur non arguenda vt qui dixerant : Quomodo poteſt hic carnem etc. 190.
Metaphoram non eſſe in his verbis: Hoc eſt corpus etc. 11.
Metonymiam non eſſe in ijſdem verbis. 12.
Miniſter ſacramenti euchariſtiæ,quis ſit. 14.35.
Mira Auguſtino quæ ſint. 144.
Miracula prophetarum qua ratione fuerint ſacramenta. 85.
Miſtio

Miſtione cineris vaccæ etc.cū aqua,Num.19.quid ſignificabatur. 136.
Miſericordiæ Dei,dum hîc viuitur, non ſigendus terminus. 201.
Moſes cur vocârit ſanguinem animam. 106.
Mutatio omnis ſemper-ne debeat fieri in id quod non erat. 177.

N

Naturæ glorioſi corporis Chriſti non fuiſſe, vt ad diſcipulos ianuis clauſis intraret. 197.
Naturæ humanæ proprietates. 9.208.
In nebula Deus fuiſſe,Moyſi loquens, quo ſenſu dicatur. 80. (tur.4.182.217
Neſtorij blaſphemiæ Caluini dictis comparan-
Neſtorio Chriſtus eſt factus naturalis Dei filius cùm in Iordane baptizaretur. 123.
Nycenæ ſynodi ſecūdæ ſentētia de euchariſtia.16
Noe ſacrificiū ſacrificij Chriſti typū gerebat. 73.
Nubes Iudęos in deſerto protegens etc.deſignabat Spiritum ſanctum. 86.
Nutritio quam ex euchariſtia percipimus, ſit-ne accidentibus ſeu ſpeciebus attribuenda.134.203.
Nutritionē nō eſſe propriā operationē panis. 120.
Nutritionē ſpiritalē nihilominus deſignari poſſe, etiam ſi deſit corporale alimentum. 134.

O

Odor non competit ſoli pani. 120.
Oculis corporis an dabitur in reſurrectione vt ſpiritalia videant,Auguſtino dubiū erat. 214.
Omne corpus in omne corpus mutari poſſe, credibile eſt. 214.
Operatio communis pluribus ſpeciebus nō conuincit certæ ſpeciei naturam. 120.
Operari non deſinit Chriſti ſermo : Hoc eſt corpus etc.vt nec ille : Creſcite, & multiplicamini,etc. 36.
Oratio cur cōſecrationi præmittatur. 35.

Orandum cur ſit pro omnibus hîc adhuc viuentibus. 202.
Origenes quamobrem negârit carnis reſurrectionem. 183.
Oſtenſio rei alicuius quęnam ſit firmiſsima. 12.
Opera Dei quàm incomprehenſibilia. 217.
P
Panis in corpus Chriſti conuerſio,conuerſione rerum aliarum multiplici probatur. 35.
Panis generali nomine quid dicatur. 122.
Panis & vinum euchariſtiæ non euaneſcunt. 124.
Parabolam non eſſe in verbis Chriſti:Hoc eſt corpus etc. 12.
Paruuli, quibus per ætatem necdum datur euchariſtia,quomodo ſint de corpore Eccleſiæ. 47.
Paruuli quo ſenſu mãducent corpus Domini. 114
Paulus cœnam deſcripturus cur hoc vtatur proœmio:Ego accepi à domino etc. 39.
Petra autẽ erat Chriſtus:propriè nõ poſſe dici. 90
Pœna eſt perpetuò effectus culpæ eã ſuſtinẽtis.121
Philoſophi hæreticorum patriarchæ. 182.
Philoſophorum contra carnis reſurrectionem ratiunculæ. 183.
Portenta omnia dicimus eſſe contra naturam,ſed non ſunt. 184.
Portentum fit non contra naturam , ſed contra quàm eſt nota natura. Ibid.
Potentia Dei quî reluceat etiam in ſacramẽto euchariſtia ſicut in myſter.incarna. 4.61.
Potentiæ Dei conſideratio quantum pios humiliârit. 193.etc.
Prædicationem corporis Chriſti non poſſe vocari corpus Chriſti. 21.
Præſentia corporali cur & nunc cõgruè Chriſtus nobis adſit. 59.
Præſens Deus vbi eſſe dicatur. 79.
Propriũ alicui ſpeciei iuxta vim naturę,poſſe virtute

tute diuina alteri communicari. 119.

R

Repræſentare idē etiā ac Præſentē exhibere.130
Reſurrectionem carnis ſtatutam à Patribus ex eſu carnis Chriſti,per euchariſtia nobis cōtingēti.41.
Ritus à Deo inſtituti ad ſui cultum, qui ſeruandi ſint. 85.
Romana ſynodus cōtra Berengariū coacta. 14.
Rotundi panis qui in corpus domini conſecratur quàm antiquus ſit vſus. 40.
Ruperti Tuitiēſis quædā nō ſatis ſanè dicta. 167.

S

Sacerdos ſolus,iſq; rite ordinatus, eſt miniſter ſacramenti euchariſtiæ. 14.
Sacramenla Iudæorum potiora fuiſſe Chriſtianorum,ſi vera eſſet Caluini ſententia. 24.
Sacramentis veteris legis collatā fuiſſe peccatorū remiſsionem fidelibus. 77.
Sacramentis ijſdem gratia,quanquam non in eadem menſura,conferebatur fidelibus 78.
Sacramentum euchariſtiæ quid ſignificet.113.114.
Sacramētum Euchariſtiæ iuxta Auguſt.tripliciter ſuſcipitur. 115.
Sacramentum Auguſtino contra Donatiſtas diſſenti,eſt id quod hominem ſacrat. Ibid.
Sacramento & non re edere illud, quid Aug.Ibid.
Sacrificium verum Euchariſtia 92.
Sacrificium altaris quàm benignè ac prouidè à Deo nobis ſit relictum. 92.139.
Sacrificium altaris mortem Chriſti ſemper imitatur,non operatur. 93.97.100.
Sacrificij noſtri figurā fuiſſe Abelis ſacrificiū. 24.
Sacrificijs veterib⁹ præſignabatur Chriſtus ſacerdos noſter & hoſtia. 77.
Sacrificiū euchariſtiæ,ſi nō niſi panis & vinū ſit, non Abelis ſed Cain ſacrificio ſimile eſt. 23.
Sacerdotis cur magna debeat eſſe puritas. 26.59.

Sanator animę Chriſtus deſignabatur cũ ipſemet corpus ſanabat etc. 134.
Sadducæi cur carnis reſurrectionẽ negârint. 183.
Sanguis Chriſti in ſacramento cur non appareat in ſpecie ſanguinis. 155.
Sanguis Chriſti,Marci 14. cur nouum poculum appelletur. 132.
Sanguis cur teſtamentum appelletur. 91.
Sanguinem cur Moſes animam dixerit. 106.
Sanguinem habeat-ne iam Chriſtus. 95.
Saporẽ nõ competere tantùm pani etc. 120.
Scripturæ cur tam parcè de ſacramento euchariſtiæ loquantur. 29.
Scripturæ de baptiſmo loquentes. 73.
Sermonem domini in cœna,quid probet nõ fuiſſę figuratum. 35.
Sermo idem qualiter operetur. 36.
Sermo de cœna domini,annexus operibus Cypriani,non eſt Cypriani. 150.
Sermonem Matthæi de Euchariſtia quàm Lucæ vel Pauli clariorem eſſe. 90.
Sermone Chriſti fieri ſacramentum Euchariſtiæ. 31.35.36.63.
Serpens Geneſ. 3. locutus eſt virtute Angeli mali. 120.
Serpens Aeneus à Moyſe in deſerto erectus,Chriſti erat figura. 135.
Synodi contra Berengarium coactæ quatuor. 14.
Species panis & vini cur poſt conſecrationem remaneant. 36.62.174.105.
Spiritus ſanctus cur ob ſpeciem columbæ in qua deſcendit,non dicatur,vt filius ob humanã naturam,patre minor. 22.
Spiritus ſanctus deſcẽdit etiam in donatione legis, vt in die Penthecoſtes etc. 80.
Subſtantiam rectè dici non ſpecie nec numero ſed genere eandem. 168.

Simul

Simul poſſe eſſe in duobus locis vnum corpus: quid validè probet. 203.

T

Tactus Chriſti corporalis hîc viuentis inditium erat tractus virtutis eius diuinę quo egros ſanabat. 134.
Tangendam carnem ſuam, quo affectu Chriſtus nobis reliquerit. 58.59.65.
Tangi carnem ſuam Chriſtus adhuc permittit. 45.58.59.
Tangi Chriſtũ hodie ab impuris, dedeceat-ne. 179.
Tangi Chriſtus qua ratione dicatur. 180.
Tertulliani ſententia de ſacramentis baptiſmi, confirmationis, extremæ vnctionis, & euchariſt. 60.
Teſtamentum nouum, & vetus quid? 90.
Totus Chriſtus ſub vtrauis ſpecie, 13.43.63.
Totus Chriſtus ſub quauis ſpecierum parte. 13.43.
Tranſitus triplex deſcribitur Exod. 12. 76.
Tranſitus cameli per foramen acus cur difficilior diuitis ingreſſu in regnum cœlorum. 191.
Tranſitus Chriſti per ianuas clauſas, quantum adiuuet fidẽ noſtrã de Euchariſtia. 192. etc.
Trãſubſtãtiatio panis & vini in corpꝰ etc. cur fiat. 13
Tranſmutatio panis etc. quando & quibus verbis fiat. 35.57
Tranſſubſtantiatio panis etc. ita inexplicabilis eſt, vt dominicæ incarnationis myſterium. 62.
Trãſubſtãtiatio fiat ne ipſorũ verborũ virtute 123.
Trãſſubſtantiatio ſitne vtilis, quũ per eã fiat vt et impij iterũ poſsint in carnẽ Chriſti irruere. 177
Tranſſubſtantiatio mordicus eſt defendenda. 179.
Tranſſubſtantiationis dogma quando & vbi definitum. 13.170.

V

Vacca cui iugum nunquam fuerat impoſitũ Numer. 19. etc. cuius rei figura fuerit. 136.
Valentinus hæreticus qua leuitate negârit Chriſtum habuiſſe carnem. 182.
Vbiq; non eſſe Chriſti corpus, licet ſit ſemper cõiunctum

iunctum diuinitati quæ vbiq; eſt. 71.
Vbiq; diuinitas quomodo dicatur. 6.
Vercellenſis ſynodus contra Berengarium. 14.
Veſtimentū noſtrum Chriſtus. Gal 3. 82.
Veteres data opera celantes ſacramentum euchariſtiæ, quid nos docuerint 29.39.147.111.
Veteres nō niſi baptizatum ad euchariſtiam admiſiſſe. 27.
Veteres quînam carnis reſurrectionē, & Chriſtum carnem aſſumpſiſſe ex euchar. ſtatuerint. 41.
Veteres quî etiā hinc Arrianos debellârint. 42.
Vinum quid generaliter appelletur. 122.
Virtus altiſsimi eſt, vt regeneret vnda credētē. 77
Virum & vxorem cur Dominus vnā carnem dicat. 48.
Vis diuinitatis quanta, quantùmq́; naturalem excedat. 119.189.
Vltimum cur commendet dominus Euchariſtiæ ſacramentum. 39.
Viſibilis cur ſub aliena ſpecie relicta ſit nobis Chriſti caro. 58.174.
Vnitas corporis myſtici (Eccleſiæ) quomodo deſignetur ex Euchariſtia, etiam pane & vino nō remanentibus. 135.
Vnitas fidei & pietatis. 52.
Vnitas naturalis duplex inter nos à Cyrillo aſsignatur. 53.
Vnum cum Chriſto qua ratione nos dicat Apoſtolus. 74.

FINIS.

Hæc æquè catholica eſſe ac priùs excuſa atteſtor Ego F. Ioannes Hentenius.

Errata. Fol. 111. fa. 2. li. 14.: nihil claudatur parentheſi. Fol. 108. fa. 2. li. 9. vt exinde. Fo. 63. fa. 1. li. 10. ad intelligibilia. Fo. 101. fa. 2. lin. 21. Eum, inquit: